Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

197
K.K.. Res. No. 1977

135

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

KW 235
E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM IOANNIS OVENI CAMBRO BRITANNI OXONIENSIS,

ET

ALBERTI INES E SOCIETATE JESU,

ACROAMATUM EPIGRAMMATICORUM

Editio poſtrema & poſtumis quibuſdam adaucta.

AMSTELODAMI,

Apud Elzevirium.

M. DC. LXXIX.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

1 # AD LECTOREM.

CLericus es? legito hæc Laicus? legito iſta libenter.
Crede mihi, invenies hic quod uterque voles.
D. Du. Tr. Med.

2 *Ad D. Joannem Audoenum, de libro.*

QUo minus edatur, nihil impedit; aut ego carmen
Non ſapio; aut ætas, ſi ſapit, iſta leget.
Ingenii tu rere tui tantum eſſe periclum;
Judicii tamen eſt alea jacta mei.
Ioann. Hoskins I. Conſultus.

3 *Ad Io. Andoenum de tribus Epigrammatum libellis.*

QUicquid habent Veneres Venerum, Chariteſque leporum,
Quicquid Muſa joci, quicquid Apollo ſalis;
Quodcunque eſt Sophiæ, quodcunque eſt artis ubique,
Ingenii aut Genii quicquid ubique viget;
Omne id, Oëne, tuis reor inſediſſe libellis,
Hæc quando nobis lemmata dia dabas
Ioann. Bovvman Theol.

4 *Ad Io. Audoenum.*

QUale rogas nobis, Odoëne, epigramma probetur?
Dicam; Quale tuum parturit ingenium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Quod breve, quod caſtum, doctum, celere atque politum,
Quodque habeat multos, & ſine dente, ſales.
Hoc tua Muſa dabit, Genius promittit, & ultra
Confirmat Dominæ mentio prima tuæ.

Tuus Gulielmus Iames Theologus.

5 *In laudem Autoris.*

QUod fuit, eſt, & ſemper erit ſolemne poëtis,
Carpimur in libris fœmina virque tuis:
Judice me, tamen hæc Epigrammata ſalſa merentur,
Laudet ut ingenium vir mulierque tuum.

Iana Audoena Oxonienſis.

Ad Lectorem.

6 *In laudem Autoris, cujus epigrammata intra menſem ſecundo prodierunt. (1606.)*

SCripſerunt Latii, ſcripſere epigrammata Graji:
Quos inter, vitam Nominis unus habet.
Excipite hunc; omnes ſuperavit Oënus, & ipſum
Æquavit; ſi non, & ſuperavit eum

D. Du. Tr. Med.

De 3. horum epigrammatum editione.

7 *Ad Autorem.*

HIc liber eſt Mundus; movet, & ſine fine movetur:
Ipſe licet taceas, Bibliopola probat.
Nam tua perpetuum exercent epigrammata prælum,
Bene fatigatis ter repetita typis.

Ioan. Hoskins I.C.

IOAN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

JOANNIS AUDOENI

EPIGRAMMATUM

LIBER PRIMUS.

1. *Ad Illuſtriſſimam Heroinam Dominam Mariam Neville, Patronam ſuam.*

INveniant noſtri patronum ut ubique libelli,
Libro Lectori dedico, meque tibi.

2 *Ad Lectorem.*

QUi legis iſta, tuam reprehendo, ſi mea laudas
Omnia, ſtultitiam: ſi nihil, invidiam.

3. *Ad* IO. HOSKINS I. C. *Poetam ingenioſiſſimum de ſuo Libro.*

HIc liber eſt Mundus; homines ſunt, Hoſkine, verſus.
Invenies paucos hic, ut in orbe bonos.

4. *Ad Dominam Mariam Nevílle Patronam ſuam.*

SI nos Pythagoræ non fallunt dogmata, corpus
Intrarunt Pallas, Juno, Venuſque tuum.

5. *Ad eadem.*

UT ſol in cœlis, ut lux in ſole videtur,
Virtus in vultu ſic habitare tuo.
Spectator quicunque venit, diſcedit amator;
Aut illum virtus, aut tua forma capit.

6. *Ad ejuſdem filium Thomam Nevílle, maximæ ſpei puerum.*

DE Genio tam mira tuo memorantur, ut omnem

Exſuperent, quamvis omnia vera, fidem.
Qui puerum laudat, ſpem non, rem laudat in illo:
Non ſpes, ingenium res probat ipſa tuum.

7. *Ad ejuſdem filiam, Cæciliam Neville.*

ES ſimilis Matri: de te mihi dicere plura.
Nil opus eſt; Matri te ſimilem eſſe ſat eſt.

8 *Noſce te ipſum. In Harpalum.*

TU non es tanti ſis dignus ut, Harpale, noſci:
Quære aliquid dignum cognitione tua.

9. *Ad Conſidicum*

SI felix, rerum potuit qui noſcere cauſas;
Qui noſtri cauſas dicere, quantus homo es?

10. *In Joannem Protum.*

DUcturum uxorem memini, te, Prote, minatũ:
Ebrius uxorem ducere nemo poteſt.
Uxori nubas potius, quæ ſobria potum,
Ducere te noctu poſſit ab urbe domum.

11. *In Aulum, Nobilem ignobilem.*

DEgener, Aule, tuis mojoribus omnia debes:
Debebit, credo, nil tibi poſteritas.

12 *In Hernicum.*

EMiſti fatuum bis denis, Hernice, libris:
Emiſſem tanto non ego te pretio.

13. *Venus.*

PRincipium dulce eſt, at finis amoris amarus:
Læta venire Venus, triſtis abire ſolet.
Flumina quæſitum ſic in mare dulcia currunt;
Poſtquam guſtarunt æquor, amara fluunt.

14. *Ad Gilbertum.*

STare negas terram; nobis miracula narras:
Hæc cum ſcribebas, in rate forſan eras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

15. *Ad Medicos & Juriſconſultos.*

ULceribus, Galene, vales tantummodo noſtris:
Stultitia noſtra, Juſtiniane, ſapis.

16. *O tempora! O mo es!*

SCaliger annoſi correxit Tempora mundi:
Quî jam, qui Mores corrigat, alter erit?

17 *Judicium Paridis.*

CUm Paris electus Divis tribus arbiter eſſet,
Nec præferret utram ſciret utrique magis;
Majeſtas tandem Veneri Junonia ceſſit,
Palladis & virtus; omnia vicit amor.
Si nunc judicium renovata lite ſubirent,
Vinceret una duas Juno-Moneta Deas.

18. *Germana veritas.*

MErſum in neſcio quo verũ latitare profundo
Democritus, nemo quod reperiret, ait.
Si latet in vino Verum (ut proverbia dicunt,)
Invenit Verum Teuto, vel inveniet:

19. *Ad Linum.*

ESt tibi librorum, Line, copia, doctior eſſes,
Si tibi librarum copia tanta foret.

20. *Ad quendam nobilem Adoleſcentem*

QUiſque ſenecturẽ, mortẽ tibi nemo precatur:
Optatur morbus, non medicina, tibi.

21. *Ad quendam pauperem Medicum.*

QUi modo veniſti noſtram Mendicus in urbẽ,
Paulum mutato nomine fis Medicus.
Pharmaca das ægroto, aurum tibi porrigit æger:
Tu morbum curas illius; ille tuum.

22. *In quandam.*

FOrma tibi famam peperit: ſed filia matrem
Occidit; formam non bona fama bonam.

23. *In Marcum.*

ESſe in natura Vacuum cur, Marce, negaſti?
Cui tamen ingenii tam ſit inane caput.

In Scriptores noſtri temporis.

24 *Ad Solinum.*

NUnquid in octavo mendacia plurima vulgus
Edat, an in quarto quæris, an in folio.
In Decimo Sexto mentitos plurima (ſæclo)
Suſpicor Hiſtoricos quolibet in folio.

25 *In Phyllida.*

BAſia Phylli, aliis dare non vis; at data ſumis:
Nimirum ſcis hæc accipiendo dari.

26. *Ad eandem.*

IGnis Amor ſi ſit (veluti proverbia dicunt,)
Hei mihi quam tuus eſt frigidus ignis amor!

27. *Impius, Atheus.*

UTere temporibus præſentibus, utere rebus:
tempus erit, nullum quum tibi tēpus erit.
Grammaticus de præterico dicatque futuro;
tempore præſenti, dum licet. Utar ego.

28 *Epitaphium Athei.*

MOrtuus eſt, quaſi victurus poſt funera nō ſit:
Sic vixit, tanquam non moriturus erat.

29. *Optativus modus.*

INfinitivo prope par modus Optativus:
Optandi finem nam ſibi nemo facit.

30. *In Alanam.*

COnjugio eſſe jugum non intolerantius ullum
Nil aliud toto clamat Alana die.
Poſt tot clamores & jurgia nocte fatetur,
Conjugio nullum ſuavius eſſe jugum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

31. *Prophetæ, Poetæ.*

I Lli de rebus prædicere vera futuris.
Hi de præteritis dicere falſa ſolent.

32. *De vita & morte.*

AD mortem ſic vita fluit, velut ad mare flumē:
Vivere nam res eſt dulcis; amara mori.

33. *De Vulcano.*

ARma faber Marti Vulcanus ſplendida fecit;
Cornua Vulcano Mars ſpecioſa dedit.
Nimirum hoc operæ-pretium Vulcane, tuliſti,
Cornua pro ferro: ſiccine Glaucus eras?

34. *Grammatica Angelica.*

FOemineo generi tribuuntur ---.
Propria quæ Maribus: ---.

35. *Liberum Arbitrium.*

ARbitrii, pro quo jam in partes ſcinditur orbis,
Vir libertatem perdidit, uxor habet.

36. *De Vita & Venere.*

OMnis ad extremum properet licet actio finem
Oderunt finem Vita Venuſque ſuum.

37. *Campi Elyſii*

OBſcuri pater Æneas loca cœca per Orci
Iviſſe in campos fingitur Elyſios:
Jam pius Æneas, infernum ingreſſus Eliſæ,
Quis neget in campis quin foret Elyſiis?

Maritus & Mœchus.

1. *Maritus.*

HAnc ego mî uxorem duxi; tulit alter amorē:
Sic vos non vobis mellificatis apes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Mœchus.

HOs ego filiolos feci; tulit alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis aves.

39. *Rhetorica Nova.*

QUi caret argento, fruſtra utitur argumento:
Qui dare ſcit, non qui dicere Rhetor erit.

40. *In Cottam nuper cucullatum.*

INduit uxoris pertæſus Cotta, cucullum:
Ut mundo moriens exueret cuculum.

41. *Inſigna Genevenſium.*

CLavem Aquilamque gerit duplex inſigne Geneva:
Illud Papatus; hoc habet Imperii.
Hoc inſigne tuum quo jure Geneva tenebis.
Si repetat clavem Roma, Rodolphus avem?

42. *In Borbonii Poëtæ nugas.*

QUas tu dixiſti nugas, non eſſe putaſti:
Non dico nugas eſſe; ſed eſſe puto.

43. *Fides.*

PLurima apud veteres fidium fit, nulla fiderum
Mentio; priſcorum nam fuit una fides.

44. *In Paulinum Medicum.*

CUr Patiens, Pauline, tuus tibi dicitur æger?
Impatiens morbi ſit licet atque tui.
Te quoniam patitur, Patiens tuus ergo vocatur:
Nam plus, quam morbus, torquet eum medicus.

45. *In Cottulam.*

SI verum dixit de Socrate Apollo, ſapiſti
Cottula: nam tu ſcis te quoque ſcire nihil.

46. *In Fabianam.*

FErtilis à multis ſi terra vocata ferendis;
Fertilis eſt, multos nam Fabiana tulit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

47. *In Avaros, Jocus.*

NAturam parvo contentam vulgus inepte
Laudat, & indignè damnat Avaritiam.
Solus enim parcus minimo ſatiatur Avarus:
Nam Natura parum ſat putat, Ille nihil.

48. *Ad Philopatrum.*

PRo patria ſit dulce mori licet atq; decorum;
Vivere pro patria dulcius eſſe puto.

49. *Orbis.*

IN mundo nil conſtat: in orbem vertitur orbis.
Quid mirum, recti quod ſit in Orbe nihil?

50. *In Aretinum.*

ESt modus in rebus: tamen experientia monſtrat,
In Veneris nullum rebus ineſſe modum.
Mille modos Veneris laſcivia repperit; & quod
Natura fieri debuit, Arte facit.

51. *In Silium.*

ATheus es, quia Papiſtam tibi non licet eſſe,
Et Proteſtantem non libet eſſe tibi.

52. *In Atheos.*

NUlla domus domino caruit: vos hanccine tantam
Nullius domini credit'o eſſe domum.

53. *Medicus.*

ACcipit oblatum Medicus, dare non ſolet, aurum,
Pharmaca dat medicus, non ſolet accipere.
Ordonner medicos, ægros *Or donner* oportet,
Alterius ſic res altera poſcit opem.

54. *Juriſconſultus.*

JUris prudentes prudentes jure vocantur;
Tam bene cum ſtudeant provideantque ſibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

55. *Aulicus.*

SI bonus es; melior, non major tempore fies;
Si magnus, major tempore, non melior.

56. *Ad Marcum luſcum.*

UNus, Marce, deeſt oculus tibi: ſufficit unus:
Plura vident oculi, non meliora, duo.
Sunt mihi binæ aures: tamen his nil audio veri;
Bini oculi: video nil tamen hiſce boni.

57. *In Paulum.*

NE periat tua fama, ſtruis tibi, Paule, ſepulcrum;
Tanquam non poſſint ipſa ſepulchra mori.

Secretum contra Canitiem.

58. *Ad Bithynicum.*

NE tua ſit poſthac, Bithynice, cana ſenectus,
(O te felicem!) calva juventa facit.

Probatum eſt.

59. *In Theodorum.*

DUcentem ad cælos Theodorus, conjuge ducta
Credidit anguſtam ſe reperiſſe viam.
Eſſe videbatur Theodoro quæ via Cœli.
Duxit ad Infernum: nam via lata fuit.

60. *Apollo & Muſæ.*

MUſæ ſunt generis muliebris: Apollo virilis:
Unus enim Muſis præſtat Apollo novem.

61. *In Alanam, jam ſenem.*

UXoris cubito cubitum conjungit Alanus;
Et ſolet hunc dulcem dicere concubitum.

62. *Kalend. Januar.*

MUnera divitibus non dat (ne dando rogaret)
Pauperibus donat nil (quia pauper) Olus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Expectans meliora datis, dat munera Quintus.
Quodque verebatur poſcere, dando petit.

63. *In Pontiam.*

IN mare Cornutos jaciendo Pontius inquit;
Pontia reſpondit: Diſce natare prius.

64. *Opus tenebrarum.*

SErvandam ad Speciem, qua non magis utilis ulla.
Res individuo nulla nociva magis.

65. *Mentiris.*

MEntiris! Cave militibus ne dixeris unquam;
Majus eo nullum dedecus eſſe putant.
Mentiris, tantum qui dedecus eſſe putaris,
Mentiri quare creditis eſſe decus?

66. *In Hypocritam.*

NIl juras, metuiſque ſuperſtitioſus haberi:
Omnia mentiris; Relligioſus homo es.

67 *Androgynus.*

IN quo Mercurii facies Veneriſque videtur,
Nec vir, nec virgo eſt; Hermaphroditus homo eſt.

68. *Venus.*

USque fluit fugitivus Amor, refluitque viciſſim
Ut mare: quid mirum? nam Venus orta mari.
Nulla fides Veneri; levis eſt, interque planetas
Ponitur (haud inter ſidera fixa) Venus.

69. *In Rivales.*

UNuſquiſque ſibi vult Phyllida ſolus habere.
Crede mihi, non eſt hic amor; invidia eſt.

70. *Mulier.*

DIcta fuit mulier quaſi * mollior: eſt tamen Eva
Non de carne ſui ſumpta, ſed oſſe, viri.

* Varro de ling. lat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

71. *Medicorum & Juriſconſultorum cognatio.*

JUriſconſultorum idem ſtatus, & Medicorum
 Damna quibus licito ſunt aliena lucro.
Hi morbis ægrorum agrorum litibus illi
 Dant patienter opem, dum potiantur opum.

72. *De Pamphilo, ad Philippum.*

NOn patitur Vacuum in rebus Natura, Philippe:
 Naturam ſequitur Pamphilus ergo ducem.

73. *Ad Calvum.*

ARboribus redeunt crines, & gramina campis;
 At capiti frondes non rediere tuo.

74. *Nilo ne gliocchi, Ætna nel cuore.*

FRigidus ardentes intravit Nilus ocellos,
 Dum cor Ætneo carpitut igne meum.
Nec tantus fluvio lacrymarum extinguitur ardor,
 Nec tanti fletus flumina ſiccat amor.
Sic ſibi diſcordes, exercent vim tamen ambo,
 In me concordes, ignis & unda ſuam.

75. *Cæteris paribus In Camillam.*

PÆta Camilla procis ambita & amata duobus,
 Quorum pulchellus ſed brevis alter erat:
Non formoſus erat, ſed erat longiſſimus alter;
 Utrum horum mavis, virgo rogata rudis?
Continuo hunc luſtrans oculis, & brachia longa,
 Naſum, crura, pedes, omnia longa videns;
Prudenter reſpondit ad hoc magis anne pudenter?
 Hunc longum volo, ſi cætera ſunt paria.

76. *De Gigantibus & Nanis.*

MOnſtra, Gigas Nanuſque, duo contraria formis:
 Vir, Gigas, immanis; Nanus, inanis homo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

77. *In duos Abbatis ſturtos.*

IN templo orantes reliquis cum fratribus unà
Vos duo non fictè dicitis, Abba Pater.

78. *Sacerdotes.*

PResbyteri uxores duxere: quid inde lucrantur?
Scilicet in Decimis hoc habuere prius.

79, *Participium.*

CUm Verbum ſit Eras, mus Nomen; quid ſit Eraſmus,
Ingenio Lector colligat inde ſuo.

80. *Caſus ad Juriſconſultos.*

CUm propria imprudens conjux uxor coivit;
Quam falſo alterius credidit eſſe viri.
Hoc genitum coitu, Conſulti juris & æqui,
Legitime natum dicitis anne nothum?

81. *De Aurora.*

MIraris, lucem ſummo quod mane priorem
Sole vides? Lux eſt condita Sole prior.

82. *De Die.*

SIt Nox centoculo quamvis oculatior Argo,
Plus uno cernit lumine luſca Dies.

83. *De Nocte.*

INduitur triſtem cur Nox atrata colorem?
Luget defunctum Nox, quaſi nupta, Diem.
Conſolarentur mœſtam niſi ſidera noctem,
Opprimeret reducem nos dolor ante diem.

84. *In Marcum.*

CArmine Marce tuo laudas me: fallor, an hoc tu,
Ut tua collaudem carmina, Marce, facis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

85. *Mors.*

RESṫituunt furtum fures, vi rapta latrones;
Omnia Mors aufert, reſtituitque nihil.

86. *Ad Amicum.*

CUM ſis dimidium dominæ, quam diligis unam,
Dimidiumque tuus, parte quota meus es?
Te ſcribis tamen uſque meum. Qui conjuge ducta,
Vix tuus es, pacto quo meus eſſe potes?

87. *Vir Bonus.*

SI quicquid rarum carum eſt, pretiumque meretur,
Crede mihi, res eſt Vir pretioſa Bonus.

88. *In quendam ſenem.*

EX nigro mentum ſenio mutatur in album:
Candida quæ fuerat mens tibi facta nigra eſt.

89. *In Paulinum.*

QUicquid ab antiquo, Pauline, rogaris amico,
Hoc te facturum cras mihi ſemper ais.
Viſne tibi dignas reddam pro munere grates;
Gratia pro meritis cras referenda tibi.

90. *In Fucatas.*

QUæ pictas geritis facies, vos jure poteſtis
Dicere cum Flacco, Pulvis & umbra ſumus,

91. *In Cottam.*

TOtus es uxoris, non ſolus, Cotta, Camillæ;
Sola tua eſt: at non tota Camilla tua eſt.

92. *Politicus.*

DIſſimula, ſimula, quoties occaſio poſcit,
Moribus ut morem temporibuſque geras;
Temporibus qui rite ſapis ſervire memento

Omnibus; ut tempus ſerviat omne tibi.

93. *In Venerem.*

CUr Venus illicitum ſequitur Vulcania Martem?
Vulcanus licita claudicat in Venere.

94. *In Damianum.*

NEmo ſimul dominis par eſt ſervire duobus:
Tu ſervis Dominæ; non igitur Domino.

95. *In Marcum.*

BArba tibi crevit, ceciderunt, Marce, capilli:
Inde tibi gravis eſt barba, caputque leve.

Strena, Calend. Ian. 1603.

96. *Ad D. Io. Hoſkins.*

AMbiguos tecum peragens ſocialiter annos,
Oxoniæ juvenis, Wintoniæque puer,
Sæpe tuum in dubiis ſine fuco expertus amorem
Rebus, & indubiam ſum ſine fraude fidem.
Hoc tibi mnemoſynon me mittere juſſit amoris,
Qui mihi te junxit, me tibi vinxit: Amor.

97. *In Epicharmum.*

CUr non vis, Epicharme, mori, ſed mortuus eſſe?
Vis, Epicharme, mori; ſed ſine morte mori.
Fert mortem dolor: aufert mors optata dolorem:
Eſt igitur pejor morte, Epicharme, dolor.

98. *In Phyllidem.*

SIcut equo jaculans Parthus fugit & ferit hoſtem,
Phyllis amatorem ſic fugiendo capit.

99. *In Hallum Grammaticaſtrum.*

SUm famoſus, adhuc jejunus dum foret, Hallus;
Infamis nunc ſum, cum ſatur eſſet, ait.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

100. *De Magnete.*

CUncta trahunt ad ſe Magnates aurea: ſicut
Ad ſe Magnetes ferrea cuncta trahunt.
Tecum nil mihi, ſit gens aulica (docta rogare;)
Cum das, parca ſatis; prodiga, quando petis.
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum,
Munera me terrent, ut nihil inde petam.

101. *Mors.*

MOrs quid ſit, rogitas? ſi ſcirem, mortuus eſſem:
Ad me, cum fuero mortuus, ergo veni.

102. *Cliens.*

CAntabunt reduces coram latrone Clientes:
Semper enim vacuus currit ab urbe Cliens.

103. *In Zoilum.*

QUod mores accuſo malos, me, Zoile, carpis;
Conſcius an forſan quod reprehendo tuos?
Cur tibi præ reliquis metuas? fortaſſe ego, mores
Cum reprehendo malos, tum reprehendo meos.

104. Children and Fooles tell truth.

ANglica veridicos dicunt proverbia ſtultos;
Ergo Anglis, verum dicere, ſtultitia eſt.

105. *In Calvum.*

CErta tuæ frontis fuerat menſura, priuſquam
Neſcio quæ frondes abſtulit aura tuas.
Ex quo decuſſi tibi ſunt de vertice crines,
Perpetuæ frontis jam caput inſtar habes.
Quanta tibi nunc ſit frons, dicere non potes: ergo
Fronti nulla fides eſt adhibenda tuæ.

106. *In eundem.*

CAlve, meos nunquam potui numerare capillos:
Nec tu (nam nulli ſunt) numerare tuos.

07. *Apologia Fortunæ.*

NUlla mala eſt Fortuna, æqua omnibus, omnibus una;
Spem dat pauperibus divitibuſque metum.

08. *In Cottam.*

Ntraſſet calidum nuper cum Cotta lupanar,
Dicitur infecta re rediiſſe domum.

09. *In Procillum, Magnatem.*

SI non audires dicentem falſa, Procille,
Auderet falſum dicere nemo tibi.

0. *Ad Paulum, Juriſconſ.*

INter te Dominamque tuam ſic dividis annum,
Ut vix dimidia parte ſit ille tuus.
onjugis una tuæ pars dicta Vacatio; nempe
Tum vacat uxoris rebus adeſſe tibi.
ltera pars non tota tua eſt, rem quando relictæ
Negligis uxoris, remque clientis agis.
erminus hæc anni pars litigioſa vocatur;
Non male, nam Venerem terminat ille tuam.

1. *Ad eundem.*

TErminus eſt nullus tibi, nulla vacatio lucris
Totus enim lucro ligitiiſque vacas.

2. *Ad Marinum.*

A Lecto ſurgit quoties intacta, Marine,
Conjux, in vultus irruit unge tuos.
fenſam blande alloqueris; ſed inania perdis
Verba: ſatis fieri re cupit illa ſibi.

3. *Chirurgus.*

BElla magis pacemne precer? mihi ſervit utrumque:
Ambo patroni Marſque Venuſque mei

114. *Lucs Venerea.*

ITala terra mihi patria eſt, Gallique parentes;
Gallicus, in dubio eſt, Italicuſne vocer.

115. *Calumniatores, Adulatores.*

DIxit Anaxagoras atram eſſe nivem, grav[illegible]
autor:
Hæc ætas multos vidit Anaxagoras.
Laudavit niveas corvi vulpecula pennas:
Hei mihi, quot vulpes ſæcula noſtra ferunt!

116. *In Ponticum.*

TE mihi dixiſti reſipiſcere: non tibi credo.
Pontice, qui nunquam te ſapuiſſe ſcio.

117. *Herculeus labor decimus tertius.*

COnjugis ingentes animos linguamque d[illegible]
mare,
Herculis eſt decimus tertius iſte labor.

118. *Mars, Mors.*

BElla famem, peſtemque fames mortali[illegible]
affert;
Eſt igitur bellum pejus ūtroque malum.
O mega noſtrorum Mors eſt, Mars Alpha [illegible]
lorum,
In bello diſtant O mega & Alpha parum.

119. *In Cynthiam.*

SInt utinam ſimiles formæ tibi, Cynthia, mor[illegible]
Sitque tibi tam mens candida, quam [illegible]
nus eſt

120. *In Gelliam.*

DUm pecces ſine teſte, putas te, Gellia, tut[illegible]
Quanquam turpe nihil tu ſine teſte fac[illegible]

121. *In Albinum.*

NUnc tua res agitur, paries nam proxi[illegible]
ardet,
Albinum Felix obvius admonuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Uxorem facto properans Albinus in ipſo
Repperit : O inquit ; Nunc mea res agitur ?

122. *In Claudium Philoſophaſtrum.*

IN tres partitus ſpecies Bona, Claudius æger,
Pauper, & inſipiens, nil habet ipſe trium.

123. *De Bardella, latrone Mantuano.*

BArdellam Monachus ſolans in morte latronem,
Euge, tibi in Cœlo cœna paratur, ait.
Reſpondit Bardella ; Hodie jejunia ſervo,
Cænabis noſtro, ſi lubet, ipſe loco.

124. *In Futilem Floram.*

CUm quocunque cois ; rem factam, Flora fateris :
Pluſque fatendo mali, quam faciendo facis.

125. *In Quintillum.*

QUintillus cur nil dat amico ? donat amicæ
Omnia ; cui primum ſe, ſua deinde dedit.

126. *Ad Aulum, de Quintio ſene.*

QUintius indomitam quod duxerit, Aule juvencam,
Condis in inſanum cur Epigramma ſenem ?
Convenientius huic Epicedium eſſet amanti
Amenti ; effodit jam * taphon ipſe ſibi.

* *Sepulcrum.*

127. *In Coſtum.*

TU peccas impune, at non tua mentula : nuper
Supplicium capitis pertulit uſta ſui.

128. *Ad Cynthiæ Epiſtolam reſponſio.*

CAndida charta ad me tua venit; epiſtola nigra;
Hæc index cordis ; corporis illa tui.

129. *Ad Sextilianum Sp.*

TE cum progenuit, non credo creare volebat
Te tuus, at tantum ſe recreare, pater.
Si plus quam donum mens reſpicienda datoris,
Non debes vitam, Sextiliane, patri.

130. *In Porciam, Hypocritam.*

DIſplicet in noſtro tibi mentula lecta libello:
Vis ſine pene librum; non ſine pene virum.

131. *Saturni tres filii.*

THeiologi ambigui; Juriſtæ lenti & iniqui;
Immundi Medici; Mundus ab his regitur.

132. *Ad amicum conjugatum de Cœlibatu.*

VÆ ſoli, Sapiens Rex non ſine conjuge dixit;
Nil melius vita cœlibe, Paulus ait.
Væ nobis, inquit conjux: at væ mihi cœlebs;
Væ noſtrum ſimplex ergo, tuumque duplex.

Proverb. Cambro-Britannicum: Gwelh iwguaiſi, nagwaini. *i. e.* Meltus eſt væ mihi quam væ nobis.

33. *In 1. Corneum.*

AUdi, cerne, tace: cui publica contixit uxor,
Hæc tria præcipue verba notanda tibi.

134. *In Cajum.*

ACcuſaretur cum coram Præſule Cajus,
Confeſſus bigamum ſeque profeſſus ait:
Unius uxoris vir Epiſcopus eſſe jubetur:
Ergo Licet Laico nunquid habere duas?

135. *In Pomponiam.*

COrpore cum quæſtum faciat Pomponia, punctum
(Utile nam dulci miſcuit) omne tulit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

136. *In Pinotum, colico morbo laborantem.*

SI non efflaſſes animam, Pinote, periſſes:
Quod mors eſt aliis, hoc tibi vita fuit.

137. *In Pomponiam.*

INduit inſtabiles capiti Pomponia plumas:
Quodque inſigne fuit Martis, erit Veneris.
Scilicet in Martis gerit has Cythcrea favorem:
Indicat hoc, Marti quam ſit amica, Venus.

Suum cuique pulchrum.

Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 5.

138. *Ad H. L.*

PLus tibi vicini conjux, tua plus placet illi:
Cuique igitur pulchrum non ſolet eſſe ſuum.

139. *Venus.*

CUm tam Venalis quam Bacchus proſtet in urbe,
Cur inſigne ſuum non habet alma Venus?

Difficilia quæ pulchra.

140. *Ad Marinum.*

SI ſit difficilis quæ pulchra, Marine; puellam
Accipe tu facilem; da mihi difficilem.

141. *In Theodorum.*

UXorem tibi more novo fas ducere non eſt:
Quid refert? veteri nam tibi lege licet.
Et tu * Moſaicam violaſti bis quoque legem:
Nupta prior meretrix nam fuit; hæc vidus eſt.

* *Levit. 21. v. 7. 13. & 14.*

Strena Kalend. Jan. 1599.

142. *Ad Germanicum.*

MItto tibi carmen, Germanice; muneris inſtar:
Mitte mihi munus; carminis inſtar erit.

143. *Sara.*

QUæ velit ancillam concedere nupta marito,
Res eſt hoc noſtro tempore rara, Sara.

144. *Ad D. T.*

SErvus diſcipuli cum ſis, Dominique Magiſter,
Invideo titulis & miſereſco tuis.

145. *In Paulam, Atheam.*

VIr ducarne duas, an nubat virgo duobus.
Quæritur: hanc litem ſolvere Paula volens,
Una viris, inquit, magis apta duobus: In una
Conſiſtent aliter quomodo carne duo?

146. *In medio virtus.*

AMbulat in medio mulier pompoſa virorum,
Virtus jam medium perdidit ergo locum.

147. *In Acerram.*

FElix, quem faciunt aliorum cornua cautum,
Sæpe ſuo cœlebs dixit Acerra patri.

148. *Ad Pinotum.*

ESſe velim Venerem qualem, Pinote, requiris;
Venalem nolo, vendibilemque volo.

149. *In Quintum, & Quintinam.*

COnjugis obſervat nutus, ut numina, Quintus;
Verba putat leges, imperiumque preces.
Ducit, agit miſerum, quo vult, Quintina maritum;
Ut dubites, habeat non habeat ne virum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Contra naturam & mores, legeſque loquendi,
(Grammatici fugite hinc) hæc Vir & hic
Mulier.

150. *Ad Amicam Abſentem.*

URor amore miſer, tantoque potentius uror,
Quanto qui me urit longius ignis abeſt.

151. *In Paulinam.*

PRimo infida viro Paulina, infida ſecundo;
Toto interregni tempore caſta fuit:
Caſta metu famæ, pluſquam formidine culpæ,
Fructifero metuens credere ſemen agro;
Multus eam peteret licet impotunus amator,
Conceſſit nulli, ſede vacante, locum.

152. *In Gelliam.*

DIcere ſi ſacris pretium eſt Simonia rebus;
Et rem divinam mercis habere loco:
Tu Simoniaca es vere, quæ vendis amorem,
Gellia; nam res eſt ſpiritualis amor.

153. *In quandam.*

REs tibi in immenſum quàm parvo tempore
crevit!
O Mega nunc, annos O Micron ante duos.

154. *Ænigma.*

DIc, quibus hoc animal terræ naſcatur in oris?
Maſculus eſt mater cui, Mulierque pater.

155. *Aliud ad Ponticum.*

ESſe duos oculos miror tibi, Pontice; cujus
Unocula eſt mater, unoculuſque pater.

156. *In D. Vitum.*

AN ſis cornutus, Vite, neſcio; te ſcio Taurum:
Nuper enim nati ſunt tibi tres Vituli.

Dactylus.

157. *Ad Amatorem.*

AD Dominam intrepido vis tendere carmina curſu?
Scire operæ pretium eſt, quo pede verſus eat:
Nimirum pedibus metrorum ex omnibus unum
Præ reliquis mulier dactylon omnis amat.

158 *Amor deſcendens.*

INcipit à geminis, perque os deſcendit, ocellis
Incidat in centrum donec Amoris amor.

159. *In Balbam.*

BAlba vale ſponſo cũ diceret, inquit; Apud nos
Spero futu-tu-rum te, Phi-Philippe brevi.

De Furto, problema.

160. *Ad Juriſtas.*

QUi domino invito rem contrectaverit, eſt fur,
Quid ſi hoc invita non faciat domina.

161. *In Ponticum*

POllicitus nonnulla, nihil mihi, Pontice, præſtas
Ut medicus, quamvis nil det, ait Recipe.

162. *In Cerelliam, eunucho Gallo nuptam.*

NUnc ego Spartanos iterum deſidero mores,
Spondeat ut nudo nuda puella viro.
Nuper enim ſterili deſponſa Cerellia Franco.
Crediderat Gallo nubere; nupta Capo eſt.

163. *De Cornibus, problema.*

SI quando ſacra jura tori violaverit uxor,
Cur gerit immeritus cornua vir? Caput eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

4. *Ad Germanicum Calend. Jan.* 1600.

TEl munus donato mihi, vel reddito verſus:
Quos hac donavi conditione tibi.

5. Chriſt Church Colledge. in Oxford.

It domus imperfecta licet ſimiliſque ruinæ;
At patet in laudes * area lata tuas.

* *Chriſt Church quadrangle.*

6. *In Phyllida.*

PHyllis amica capi noſtro ſe carmine ſingit.
Carmen amat; carnem ſed mage Phyllis amat.

7. *Ad Samuelem. Daniel.*

TEmpora conſumo nugis & inanibus, & ſic
Ne pereant, vitæ tempora perdo meæ.

8. *Ad Lectorem de ſeipſo.*

NOſtra tibi brevitas ignavia forte videtur:
Crede mihi, labor non eſt levis, eſſe brevem.
Non facio ut multi, qui multa & ſtulta loquuntur:
Sermo meus ſtultus forte; tamen brevis eſt.

9. *In glorioſum Thraſonem.*


CUr immenſa gerat miles calcaria Thraſo?
Quæritur: Immenſum gloria calcar habet.

0. *De Seipſo.*


QUI petit accipiet; Jacobus Apoſtolus inquit:
O ſi Jacobus Rex mihi dicat idem?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

171. *Muſica Aulica duarum vocum.*



dum tollitur. A
licus inquit.



dum cadit , alt
ait.

172. *Ad Lectorem.*

TAbificum non accendat liber iſte Tabacum
Terge libro potius poſteriora meo.

173. *Ad librum.*

ME vivo, moriere Liber fortaſſe: quid inde
Sæpe ſenem moritur filius ante patrem
Seu moriare igitur vivo me , ſive ſuperſtes
Sis mihi ; Mortalem me genuiſte ſcio,

FINIS LIBRI PRIMI,

JOAN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

JOANNIS AUDOENI EPIGRAMMATUM

LIBER SECUNDUS.

Ad Lectorem.

NE placeant ſtultis, quorũ ſunt omnĩa plena,
Carmina non multis noſtra placere volo.
At mihi ſunt pauci lectores; eſt ſatis unus:
Si me nemo legat, ſat mihi Nullus erit.

Ad incomparabilem Heroinam D. Mariam Neville, Patronam ſuam.

EX vatum ingeniis multorum gloria pendet:
Debetur merito laus tua tota tuo.

Ad eamdem.

SI quem forſan habes, inimico nil male; amicis
Omnibus ex animo viſque faciſque benè;
Unum hoc eſt, quod tu non obliviſceris unquam:
Unum illud, nunquam quod meminiſſe ſoles.

4. *Ad eamdem.*

PIngitur in tabulis formæ peritura venuſtas:
Vivat ut in tabulis quod perit in facie.
Non poſſum in tabulis; quod poſſum, carmine pingo:
Vivat ut in chartis, quod perit in tabulis:
In tabula quanquam te ponere ſolus Apelles,
Dignus, & in verſu ſolus Apollo fuit.

5. *Ad D. I. Poëtam ingenioſiſſimum.*

EGregius non ſum vates; tamẽ è grege vatum:
E grege tu vatum non es; at egregius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

6. *Quid novi? ad D. Jo. Harington. Equitem.*

STulta rogatorum me turba moratur euntem
Quæritat in lingua dum nova quiſque ſua,
Nunquid Oëne novi? Nil novi ſcilicet inquam
Aut ſi quid novi, nil tamen, ajo, novi.

7. *Aula.*

QUiſquis in ambigua ſe non accommodat aula,
Omnibus ingeniis, non habet ingenium.

8. *In Aulum.*

FActus eques quare es? te pluris ut æſtimet uxor?
Jam non te, ſed ſe diliget, Aule magis.
Et tibi conſtabit pluris, quam conſtitit olim;
Carior ergo tibi, quàm fuit, uxor erit.

9. *In Chymicum.*

REm decoxit iners Chymicus, dum decoquit aurum:
Et bona dilapidat omnia pro lapide.

10. *Trojanus.*

TRojani everſa ſapuerunt denique Troja?
Quis non * Trojanum ſe fateatur in hoc?
* A true Trojan.

11. *De Remedio Amoris.*

IGni ſubtrahito lignum (jejunia ſervans.)
A muliere ſede (ſicut ab igne) procul,
Si tuus iſtorum neutro conſumitur ardor,
Uxor ducenda eſt; Hæc erit inſtar aquæ.

12. *Trynovant. Ad Lodinenſes.*

EX cinere ut Phœnix Phœnicis naſcitur alter,
Londinum Trojæ prodiit è cinere.

13. *I. Conſultorum Deus.*

MAgnus in urbe Deus Romana Terminus olim:
Eſt VVeſtminſteria major æde Deus.

4. *Terra.*

OMnibus in rebus medium laudare ſolemus:
Scilicet in medio credimus eſſe modum.
Eſt igitur cœlo tellus laudatior alto:
In mundo medium nam tenet illa locum.

5. *Ad Jacob. Regem Defenſorem fidei.*

MAximus es Regũ fidei qui caſtra ſequuntur:
Nempe tuæ fidei creditur ipſa Fides.

6. *Ad illuſtriſſimum Comitem Dorceſtriæ Thomam Sackeville, ſummum Angliæ Theſaurarium, &c.*

THeſaurarius es regni regnoque fidelis?
Præſtat theſauris omnibus iſta fides.

7. *Ad illuſtriſſimum Comitem Salisburiæ Robertum Cæcilium, Regis ſummum Secretarium, &c.*

TU ſecreta tibi regnorum credita ſervas:
Eſtque tuæ fidei ſemper habenda fides.

8. *Ad magnificos Venetos.*

IMperii Emporii (mirum) fundamina veſtri
Funditus in fluido ſunt ſolidata ſalo.
Ne ſolum mutis habitentur piſcibus undæ,
Æquoris incultas incoluiſtis aquas.
Orbis in Oceano quæ quondam pars fuit, urbs eſt:
Natura ante ſolum quod fuit, arte ſalum:
Imperio ſedam hanc æterno plus propè vobis.
Quam ſibi conſtantem conſtituiſtis aquam.
Quid mirum veſtram conſiſtere legibus urbem,
Legibus exleges cum teneatis aquas?

9. *Ad Nobiliſſimum Heroa D. Tho. Egerton Angliæ Cancellarium.*

LEgem ne violet Vis adverſaria juris
Maxima, juſtitiam callida jura premant?

Jure tibi in leges permiſſa potentia; ſummum
Intra cancellos Jus cohibere ſuos.

20. *Ad Illuſtriſſ. D. Henric. Houvard. Comitem Northamtoniæ, &c.*

SIs claris, Hovvarde, licet majoribus ortus
Jamque renaſcentis nobilitatis honor:
Tu tamen (in priſco mirabile quod fuit ævo,
At nunc prodigii pondus & inſtar habet)
Poſtponis meritis mercedem, legibus arma,
Virtuti vires, ingenioque genus.

21. *G. Cæcilius nuper Angliæ Theſaur. 1596.*

PErparvi ſunt arma foris, ſtratagemata parv
Sit niſi conſilium Cæciliuſque domi.
Cæcilius, velut alter Altas, divinitus ortus:
Hic humeris cælum ſuſtinet; ille Statum.

Virtute duce, Comite fortuna

22. *De eodem.*

FOrtunam Comitem regina creavit Eliſa;
Cur non Virtutem fecerat ergo Ducem?

23. *Ad Reverendiſſimum D. Richardum Vaghan. Epiſcopum Londinenſem.*

PRæſul es (ô Britonum decus immorta tuorum!)
Tu Londinenſi primus in urbe brito.

24. *Ad eumdem.*

HI mihi doctores ſemper placuere, docend
Qui faciunt, plus quàm qui facienc docent.
Paſtores Anglorum doctiſſimus, optimus ergo
Nam facienda docens, ipſe docenda facis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

. Ad Reverendiſſ. D. Thomam Bilſon, Epiſcopum VVintonienſem.

TU mihi præceptor quondam Bilſone fuiſti:
Debeo præceptis, ſcribo quod iſta, tuis.

. Gulielmi VVicham Epiſcopi olim VVintonienſis Vita, à Martino LL. Doctore Latinè edita.

DEfunctum vitæ, defuncto reddere vitam,
Non eſt cujuſvis: hic labor; hoc opus eſt.
[Qu]od niſi feciſſes, jam tu, Martine, periſſes:
Ergo per hunc unum vivitis ambo librum.

. Collegium VVintonienſe.

[P]Rima Scholas Europæ inter VVintonica; cujus.
[P]ars ego, quæ mea laus maxima, parva fui,
[Hu]nc tibi primatum nec Zoilus ipſe negabit,
[Qu]i tibi VVichamum noverit eſſe patrem.

Philippus Sidnejus.

QUod ſit ab antiquo tantum cantatus Homero
Felicem Macedo Rex vocat Æacidem.
[Me] infelicem! quia tu, divine Philippe,
[F]elix carminibus non potes eſſe meis.

Ad eumdem.

[Q]Ui ſcribenda facit, ſcribitve legenda, beatus.
Ille, beatior es tu, quod utrumque facis.
[Qu]a legi ſcribis, facis & digniſſima ſcribi:
[Sc]ripta probant doctum te tua; facta probum.

In nuptias Gulielmi Comitis Pembrokiæ, & Mariæ, Comitis Salopiæ filiæ, 1605.

[M]Oribus, ingenio, formaque, ætate, boniſque,
Eſtis, & Heroica nobilitate, pares,

Nobiliore tamen longè te conjuge dignum
Cenſeo, te dignam nobiliore viro.

31. *Ad Elizabetham, Comitiſſam Rutlandiæ, Philip. Sidnei filiam.*

QUod pater ille tuus fuerit, laus magna Philippi eſt;
Laus tua, quod tanti filia patris eras.

32. *Ad Luciam Comitiſſam Bedfordiæ.*

PRæclarum lux ipſa dedit tibi, Lucia, nomen
Luceat in toto nomen ut orbe tuum
Te pater illuſtris generoſaque mater in orbem,
In lucem virtus ingeniumque tulit.

Annulus Equeſtris.

33. *Ad D. Henricum Goodoyeer, Equitem digniſſimum.*

NObilitas aurum, Virtus tua gemma ſit: uſq;
Verſetur digitis Annulus iſte tuis.

34. *Ad D. Joann. Harington, Equitem doctiſſimum.*

CArmina non ſine re tua ſunt, ſine nomine quanquam:
Scriptores alii, re ſine, nomen habent.

35. *Ad D. B.*

SI bene qui latuit, benè vixit, tu benè vivis,
Ingeniumque tuum grande latendo patet.

36. *Ad D. Thomam Chalonerum Equitem Præpoſitum Domini Principis.*

PRincipis effo:mas tenerum ſic pectus, ut o
Non modo regnorum Rex ſit, at ipſe
Quatuor hoc quintum regnis ut præferat unu
Imperiumque ſui quatuor Imperiis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

7. *Ad D. Adamum Nevvton, Principi à ſtudiis.*

TErgemini Britonum regni ſpes altera Princeps,
Jam docilis docto diſcit ab ore tuo.
Quem ſic inſtituis, ventura ut neſciat ætas,
Rex fuerit major, doctior, an melior.

8. *Ad D. Gualterum Gvvyn.*

PRincipis incrementa boni, vates pius, optas;
Et. * Creſce Arthuri in ſede futurus; ais.
Ingenium natura dedit, fortuna ſecundet;
Et creſcente tuus principe creſcat honos.

* *Fatale quaſi Anagramma Principis, ut extat in libro Anagram, Domini G. Gvvyn, in Scotia ante renatam Britanniam edito.*

9. *Franciſcus Drakus.*

DRake, pererrati novit quem terminus orbis,
Quemque ſemel mundi vidit utrumque latus;
Si taceant homines, facient te ſidera notum;
Atque polus de te diſcet uterque loqui.
Plus ultra Herculeis inſcribas, Drake, columnis;
Et, magno dicas Hercule major Ego.

Vires Britanniæ.

40 *Ad Principem.*

ANglorum portæ ſunt portus, mænia claſſes,
Caſtra æquor, valli corpora, corda duces.

41. *Globus terreſtris.*

TErra atque unda globum faciunt (quis crederet) unum:
Scilicet hæc ſemper manat; at illa manet.

42. *Inſana Sanitas.*

QUO tibi potarum plus eſt in ventre Salutum,
Hoc minus, epotis hiſce, ſalutis habes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Contingant utinam tales tibi mille ſalutes,
Non equidem invideo; mi ſatis una ſalus.
Una ſalus ſanis nullam potare ſalutem;
Non eſt in pota vera ſalute ſalus.

43. *Theologus.*

SCire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Politicus.

Si ſciat hoc alter, ſcire tuum nihil eſt.

44. *Omnia appetunt bonum.*

FAllor? an à verbo nomen trahit optimus? opto;
Optat enim ſapiens optima quiſque ſibi.

45. *Rara avis in terris.*

VIrgo puellari morbo Burgunda laborans,
Jam deſperata ſæpe ſalutis ope,
A medicis mentam conſultis juſſa minutam
Sumere, quæ multis utilis herba fuit,
Quam per peccatum vel vivere, maluit (id quod
Peccati pretium debuit eſſe) mori.

46. *Democritus & Heraclitus.*

ILle nihil niſi riſit; & iſte nihil niſi flevit:
Iſtene ridendus, flendus an ille magis?

47. *In Langam.*

LAnga Lutherano nubens Papana marito.
Anſam ut diſſidii tolleret omnis, ait.
Jurgia ne pacem perturbent ulla futuram,
Tu mihi ſis facilis, non ero dura tibi:
Arbitrii libertatem mihi credito, eritque,
De reliqua tecum lis mihi nulla fide.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

48. King. *Arthurs* round table.

CUr præſers menſam quadratæ, Arthure, rotundam?
Fecerunt homines quadra, rotunda Deus.

49. *Ad Annam.*

MUltum amet, ingenii nec ſit vulgaris oportet,
Ex merito qui te laudet ametque tuo.

50. *In Hernicum.*

COmmendans animam cœlo, terræq; cadaver,
Hernicus horrendum mortis iturus iter,
Uxorem interea tempus captare, novumque
Audivit ſibi jam conciliare virum.
Invidus audito hoc, deluſa uxore, revixit,
Denuo; decrêſſet cum tamen ante mori.

51. *De Amore & Fide.*

FEcerunt Amor atque Fides divortia; nuſquam
Non ſuſpecta Fides; ſuſpicioſus Amor

52. *Amator.*

SPes incerta, timor, conſtans, fugitiva voluptas,
Gaudia mœſta, dolor dulcis; amarus Amor.

53. *Ætas aurea.*

COgnita Tartarei cum nondum vis foret auri,
Aurea cur ætas illa vocata fuit?

54. *In Alanam.*

IN thalamo Natura locum cui præbuit imum,
In menſa ſummum ſumit Alana ſibi:
Scilicet, imperium facilis cum conjuge conjux
Dividit; hic noctes regnat, & illa dies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Mors Germanica.

55. *Ad Polynicum.*

MOrs (inquit Seneca) eſt non-eſſe, Polynice, contra
Germanus mortem non bibere eſſe putat.

56. *In Philodemum.*

RAra fugis propter pretium : communia quæris :
Carior eſt cara vilis amica tibi.

57. *In Battum.*

BAtte, tacenda ultrò loqueris, veniamque precaris;
Viſne tibi venia nil opus eſſe ? tace.

58. *Gordius nodus.*

QUem ſolvit Rex enſe ſuo; magis eſtne ſolutus
Ingenio nodus Gordius, an gladio ?
Ingenio nodum potes hunc diſſolvere nullo:
Sed nec Alexander ſcinderet enſe ſuo.

59. *Amor.*

BEllum : pax rurſum ; vitia hæc in amoribus inſunt :
Se comitantur enim ſemper Eros & Eris.

60. *Lites. Leges. Ad D. Guil. Iones, I. C. cognatum ſuum.*

LIs genuit leges; legum lis filia : vivi
Non ſine lite ſolet, nec ſine lege poteſt.

61. *Parcus & Prodigus.*

RHetoricæ ſtudioſus ego ſnm, Prodigus inquit :
Parcus ait, Logicæ ſum ſtudioſus ego.
Semper clauſa manus. Logicam deſignat avari :
Prodiga Rhetoricam ſemper aperta manus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

62. Πόνος.

ROmanis gnavis cum vix dolor ipſe labor ſit,
Ignavis Grajis eſt labor ipſe dolor.

63. *Vir bonus, fortis, ſapiens.*

DIvitiis plerumque; caret bonus (intus abundans,)
Ingenio fortis vir, ſapienſque fide.

64. *Ordo velleris aurei.*

DUx Burgundorum, vetus ut fert fama; Philippus
Ordinis aurati velleris autor erat,
Auriferos cujus nunc hæres poſſidet Indos:
Non igitur fuit hic Ordo, ſed Augurium.

65. *In Comitis Dorceſtriæ Angliæ Theſaurarii dictum;*

Nec temerè, nec timidè.

OMnia deſpera prudenter, & omnia ſpera
Fortiter: ut caveas omnia, nil metuas.

66. *In D. Henrici Neville ejuſdem Generi dictum;*

Ne vile velis.

NIl vanum nec vile velis, generoſe Neville:
Nil prope cum valeant vilia, vana nihil.

67. *Ad D. Philippum Sidnejum, de ipſius Arcadia.*

IPſe tuam moriens (vel conjuge teſte) jubebas
Arcadiam ſævis ignibus eſſe cibum.
Si meruit mortem, quia flammam accendit amoris;
Mergi, non uri debuit iſte liber.
In librum quæcumque cadat ſententia: nulla
Debuit ingenium morte perire tuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

68. *Ad Janam Audoënam doctiſſimam fœminam.*

NUlla tuarum audita mihi neque viſa ſororum,
Longevus genuit quas tibi quinque pater,
Quot ſint ergo ſcio; quales tibi Jana ſorores
Neſcio; ſi ſimiles ſuut tibi, Jana, ſcio.

69. *Ad D. Joannem Thorium, amicum ſuum.*

NUlli inimicus ero, ſed nec bis amicus amico:
Nam cuicunque ſemel, ſemper amicus ero.

70. *Grammatica Fœneratorum.*

SErpentes, nantes, gradientes, atque volantes,
Hos, has omnes, hæc omnia vincit Amor.
Hic, hæc, hoc, Nummus, regina Pecunia, & Aurum,
Sunt tria, queis vincens omnia cedit Amor.

71. *Ad quendam neutri parentum ſimilem.*

CUr tam diſſimilem ſibi te genuere parentes,
Qui tamen unanimes te genuere ſimul?
Certa tibi cecidit neutrius forma parentis,
Dum, te formet uter, certat uterque parens.

72. *Ad duos anonymos, Venetiis reduces.*

EXpenſas quadruplex ut compenſatio vobis
Redderet, ad Venetos inſtituiſtis iter.
Unde lucro ſimul ac veſtro rediiſtis, amici.
Gaudebant damno vos rediiſſe ſuo.

73. *Adulterium & Fornicatio.*

IGnavus Mœcho tantum diſtare videtur
Scortator, quantum Comicus à Tragico.

74. *De Hercule. Ad C. D.*

FRangere quem nulla valuit virtute, labores.
Quis fuit Herculeos maximus inter? Amor.
Lenam non potuit, potuit ſuperare Leænam,
Quem Fera non valuit vincere, vicit Hera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

75. *Oſculum ſalutationis.*

BAſia da tria Phylli mihi: tria ſi dare non vis
Oſcula, da ſaltem tot, quot habes labia.
Das unum, ſumiſque, negas duo baſia Phylli;
Vel tibi ſume tuum, vel mihi redde meum.

76. *Problema ad Phyſicos, de baſiis.*

SI nihil ad ſuavem ſpectarent baſia guſtum,
Oſcula cur ſolo ſemper ab ore damus?

77. *In Labienum.*

SIc, inquit, petitur cœlum? ſic itur ad aſtra?
Aſcendens furcam fur Labienus ait.

78. *In Alexandrum.*

UNus Pellæo juveni non ſufficit orbis:
O Juvenis! mundo mens tibi major erat.
Uni Pellæus juvenis non ſufficit orbi;
Magnus Alexander, ſed tamen orbe minor.

79. *Ad Firmicum in Aulum.*

TU credis nullis; omnes tibi, Firmice credunt:
Omnibus, Aule, ſoles credere; nemo tibi.

80. *In quendam Carminificem.*

SIc potas, tanquam ſine potu nemo Poeta,
Aut tanquam potus quiſque Poeta foret.
Ebrie Carminifex, dematur ſyllaba primæ
Proxima; tum titulis, quod manet, adde tuis.

81 *In amonymi cujuſdam mendaces epiſtolas.*

AD noſtras non rara manus tua epiſtola venit,
Aut raro aut nunquam ſcribis Evangelium.

82. Medice cura te ipſum.

Ad Gilbertum.

UT teipſum cures, fruſtra, Gilberte, moneris;
Eſt tibi nam ſemper maxima cura tui.

83. *In fœneratorem quendam anonymum.*

MUtua quæ Flavæ ſeſtertia mille dediſti,
Fœnore cum ſolido reſtituenda petis.
Si tibi reddiderit ſortem, nil nomine debet
Fœnoris: * uſuram corporis ejus habes.

* *Quod non habet in ære, luit in corpore.*

84. *In Hypocritam.*

OMnia diſſimulans ſimulanſve facis; licet ingens,
Diſſimulare dolor ſit, ſimulare labor.

85. *Eraſmi Moria.*

STultitiæ laudem ſcripſiſti primus Eraſme:
Indicat ingenium Stultitia iſta tuum.

86. *Anagrammatiſtæ.*

QUonam Vocales huc illuc pellere tandem
Vultis, & infantes cogere litterulas?
Otia ut Auguſto faciente, ſolebat in unum
Cogere Tyrſis oves rure, capras Corydon.

87. *In quendam Doctorem indoctum.*

ARtis nuper eras imberbis inerſque Magiſter:
Barbatus nunc es Doctor, inerſque magis.

88. *Nudus amor.*

QUæ villis Natura feras, & gramine campos,
Ornat, aves pluma, vellere veſtit oves,
Denique frigidulo quodcumque ſub aëre naſci
Contigit, innata veſte vel arte tegit;
Veſtivit nudum cur omnia præter amorem?
Quo nudus magis eſt, hoc minus alget amor.

89. *De Fiſco. Ad D. Joan. Pits amicum ſuum.*

INfluit in fiſcum collecta pecunia; ſicut
Undique flumineas imbibit æquor aquas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Effluit ex fiſco diſperſa pecunia : ſicut
  Æquoris in fontes verſa recurrit aqua.
Nec dum fluminibus ſaturæ ſunt æquoris undæ ,
  Nec jugis fontes evacuantur aquæ.

0. *In Perfidam.*

CRedendo vanis,didici non credere verbis :
  Spes deſperantem me mea falſa facit.

1. *Peccatum argenteum.*

VIderunt nullos Saturnia ſæcula mœchos ;
  Mundus erat, donec ſub Jove mundus erat.

2. *Lena.*

NUlla tibi pars eſt non vendita corporis ; ipſam
  Diſtraheres animam , nemo licetur eam.
Diſtraheres animam , ſi non emtore careres ;
  Nullus eam pretio , Dæmona præter , emet.

3. *Philautia.*

TU perſona ſecunda , Ille ultima , prima Ego ; noſtrûm
  Nemo tamen ſibi non eſſe videtur Ego.

94. *Sapientia.*

QUis dives ? ſapiens , quis pauper ? ſtultus inerſque :
  Si ſapio ergo , brevi tempore dives ero.
Quis ſapiens ? dives , quis ſtultus ? pauper inopſque
  Ergo , ſi dives non ero , ſtultus ero.

95. *Etymon Veneris.*]

DIcitur (ut * Cicero) quod ad omnia ſponte, veniret.
  An quod veniret omnibus , alma Venus ?

* *de nat. deorum lib. 2.*

96 *In ebrioſum quendam.*

TAm potabile ſi foret aurum , optabile quam ſit ;
Quanta tuus venter aurifodina foret ?

97. *Ad Pollam.*

BAſia , Polla , negas nulli ; das oſcula nulli ;
Humida ſed ſiccas vertis ad ora genas.
Imponenda novis ſi ſunt nova nomina rebus ,
Oſcula jam debent nomen habere novum.

98. *Amicus & conjux.*

SPiritus eſt carus nobis ; hinc carus amicus :
Cara viro conjux cur ? quia cara caro.

99. *Ira.*

AN quia virtutem ſoleat calcare, vocavit
Iram Virtutis calcar Ariſtoteles ?

100. *Flora Romana.*

QUæ vectigalem totum ſibi fecerat orbem ,
Vectigalis erat Roma ſuperba ſibi.
Nam pro vectura quicquid tibi , Flora , dabatur ,
Vectigal potes hoc jure vocare tuum.

101. *Etymon Anglicæ vocis* Anger.
(ira.)

ANgitur iracundus homo: non re modo, verum
Nomine , quam prope ſunt *Anger* & Angor idem ?

102. *De ſcipſo.*

IUdicra dum tracto graviter , ſtudeo quaſi ludens ;
Dum leviter tracto ſeria , ludo ſtudens.

103. *Tituli muliebres.*

VIr quamcunque Comes duxit , Comitiſſa vocatur ;
Non ſemper , nupſit cui Comitiſſa , Comes.

Sic,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

c, à Sole ſuum derivat Cynthia lumen:
Sol à ſe lucem, non aliunde, petit.

04. *Ad Zoilum.*

Audatur meritò laudator, amatur amator.
Ergo ut lauderis lauda; ut ameris ama.

5. *Media ætas.*

Ltima dum fragilis ducatur linea vitæ,
Certa tenet medium linea nulla locum:
uæ Media à doctis & vulgo dicitur Ætas;
Ante obitum quæ ſit; dicere nemo poteſt.

6. *Ad tinctorem quendam caneſcentem.*

QUi barbæ color ater erat, mutatus in album eſt;
Natura hoc fieri, non tamen arte ſolet.

7. *Ad Aulum.*

Xegit regem nova Roma ſuperba Superbum:
Quid mirum? reges nemo ſuperbus amat.
ic cur tam pauci regum inveniantur amici?
Sunt quoniam pauci regibus, Aule, pares.

Bed.

08. *Ad D. Mauritium Griffin, popularem ſuum.*

ANgli *Bed* Lectum vocitant, Cambrique ſepulchrum:
Lectus enim tumuli, mortis imago ſopor.

09. *Bibliotheca Rideri.*

QUid ſibi ridendi vult Bibliotheca Rideri?
Unus enim non eſt Bibliotheca liber.
erborum cum theca ſit hæc, non theca librorum:
Lexicon hoc dici Dictiotheca poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

110. *Numus. Ad I. Tovey, amicum ſuum.*

ANne numum vocitant Criticique numiſma Latini,
Quod nomen Argivi quodque nomiſma vocant?
An quia, Numme potens, numerata pecunia vulgo
Diceris, à numero tu quoque nomen habes?
Anne, Deam quia te, Regina Pecunia, mundus
Æſtimat, & nummo Numen ineſſe putat?

111. *In I. S. avarum.*

FErrea ciſta auri cuſtos tibi; ferrea porta;
Ferrea tota domus: ferreus & dominus.

112, *De Flora Romana. Ad Grammaticos.*

PLacabant Floram pro frugum floribus olim
Romani, & Floram conſtituere Deam.
Corporis atque bonæ nimium quæ prodiga famæ,
Dicitur ad frugem non rediiſſe bonam;
Sed ſe proſtituens in primo flore juventæ,
Cum fructu florem perdidit ipſa ſuum.

113. *In I. Protum.*

SIcut ab arboribus ventoſo ſidere quaſſis
Autumni, frondes decutiuntur humi:
Omnia geſticulans moto ſic vertice Calvus
Decuſſit crines concutiendo caput.

114. *In Theodorum.*

JAm ſeptendenos ageret cum rex David annos;
Fovit ei gelidum pulchra puella latus.
Cui ne diſſimilis tanto videare Prophetæ,
Duxiſti juvenem jam, Theodore, ſenex.

115. *Anglica plaga 1603.*

COnſumptis tot peſte viris, tot peſte puellis,
Vix habet in nobis jam nova plaga locum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

116. *Ad quandam.*

QUam natura tibi ſi tam fortuna faveret,
Ditior Anglorum fœmina nulla foret;
Tempore Trojani belli ſi nata fuiſſes,
Digna fuit cauſa Troja perire tua.

117. *In perjurum, proprio chirographo convictum.*

PErfidus es, fruſtrà verum qui voce negaſti;
Cum prodat te non inficienda manus;
Major ut in dictis conſtantia quam ſit in actis,
Os idcirco tibi non dedit ora Deus.
Cui binas Deus ergo manus linguam dedit unam,
Undè manus ſimplex eſt tibi, lingua duplex?

118. *In Cottulam Grammaticaſtrum.*

EXpoſuit Græcam Labyrinthi Cottula vocem.
Reddat inacceſſum quod Labor-intus iter.

Anagramma Romæ.

119. *Ad Carthaginienſes.*

ANnibal in paucas fortunam diſtulit horas.
Non benè Romanas præmeditatus opes.
Vincere cum ſciret, fortuna neſciit uti
Pœnus homo, quamvis Afer, eoque vafer.
Heu, quantum Annibali nocuit differre parato?
Servata eſt minima maxima Roma mora.

120. *In Magnum Clericum.*

PLurima deguſtat ſtomachus, nil concoquit æger.
Sic tu ſcis, fateor, multa; nihilque ſapis.

121. *In quendam Davis, jam nuper defunctum.*

DAviſiis jactas te Londinenſibus ortum,
Cambrenſem nactus ne videare patrem;

Quæ tua nobilitas (ſaperet modo) ſummâ fuiſſet ,
Reſpuis , obſcuros & tibi quæris avos.
Quam malè cum patria tibi convenit , & benè , terra ?
Namque pudet patriæ te ; patriamque tui.

122. *In Aulum.*

QUicquid es , inſipiens ſapientibus , Aule , videris ,
Et ſtultis ſapiens eſſe ; quid ipſe tibi ?

123. *In Linum , Doctorem.*

CUr tam pro forma cupide facis omnia ? famam
Negligis ingenii ? Forma dat eſſe rei.
Audeat hoc ſi quis Phyſicum , Line , dogma negare ,
Aſſero : Doctori Forma dat eſſe tibi.

124. *In Thaida.*

OUtinam vel bella minus , bona vel magis eſſes :
Turpius eſt pulchra nam meretrice nihil.

125. *Polygraphus anonymus.*

CUm premeret te dira fames , urgeret egeſtas.
Finderet & fauces inſatiata ſitis ;
Diſtraxti miſeros , diſtractior ipſe , libellos.
Quid faceres ? ſuaſit ſic maleſuada fames ;
paupertate tibi ſic imperitante ; coactus
Es libros tu nunc edere , tunc edere.

126. *In Calvum.*

ECce tibi nulli ſuperant in vertice crines ;
Nullus in infida ſtat tibi fronte pilus.
Omnibus amiſſis à tergo & fronte capillis :
Quid tibi jam reſtat perdere Calve ? caput.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

127. *Ad Claudium & Linum.*

Nil niſi velle deeſt, bonus ut ſis, improbe Claudi:
Improbus ut, Line, ſis, nil niſi poſſe deeſt.

128. *Ad G. R.*

Sive Georgius in noſtro vis eſſe libello, *Nom.*
Quam lente in verſum progrediare vides.
Sive tui generis celebrarem carmine laudes, *Gen.*
Difficilis fieret mentio crebra tui.
Seu meritas vellem verſu tibi reddere grates, *Dat.*
Nulla tibi poſſet gratia digna dari.
Eſt bene, quod verſu non accuſeris in ullo; *Acc.*
Hac una nomen conditione placet.
Si te appellari malles, generoſe Georgi; *Voc.*
Semper in extremum conjiciere locum.
Hei mihi, ſermones tecum producere longos, *Abl.*
Non poſſunt illo carmina noſtra modo.

129. *Militat omnis amans*

Non malè militibus meretrices contulit Aulus:
Mars locat armato corpus; inerme Venus.

130. *Sacramentum militare.*

Sacramenta vocant ſacra juramenta Latini,
Quæ præſtat lecto bellica turba duci.
Si Sacramentum nihil eſt niſi juramentum,
Sacramenta quidem plura duobus erunt.

131. *In Alanum, & avarum & mancum.*

Munera ſi gratis manco donaris Alano,
Fiet centimanus, qui modo mancus erat.
Si tamen expectes aliud pro munere munus;
Quamvis centimanus ſit, tibi mancus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

132. *Regum ſtatus.*

DUm non vult alter, timet alter dicere verum
Regibus. O miſerum Regis in orbe ſtatum!

133. *Vis Jus. Ad D. Guil. Jones I. C. Cognatum ſuum.*

VI Jus adverſum, Vis adverſaria Juri,
Inverſum adverſum nomen utrumque ſibi.

134. *In Marcum.*

UXores, viduas, ancillas, ſcorta, puellas
Diligis; uxorem negligis ipſe tuam.
Inter tam variæ Veneris certamina quare,
Quod licet, hoc ſolum non tibi, Marce libet?

135. Deſperate debt.

DEbitor uxoris quis non? ſolvendo quis autem?
Uxori Solidum * ſolvere nemo poteſt.
* Solvendo eſſe non intelligitur niſi qui ſolidum poteſt ſolvere. Jabol. de verb. ſign. l. Solvendo.

136. *In Culianum.*

VIr ſapiens * miraculum: Hodiè miracula ceſſant;
Hoc igitur noſtro tempore nemo ſapit.
At Culiane, ſapis: quare miracula nondum
Ceſſant; aut nondum tu, Culiane, ſapis.
* Cic. de Divin. lib. 2.

137. *In Marcum, hominem venuſtum.*

MArce, tui partem Venus improba adduſſit; ut eſſes
Ex aliqua ſaltem parte venuſtus homo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

138. *In Adr. V.*

RIdiculos verſus, ridenda Epigrammata ſcribis,
Ridendum in quibus eſt ridiculumque nihil.
Nullus in his jocus eſt, at riſit lector: id ipſum
Riſit, in his nullum verſibus eſſe jocum.

139. *Adquendam Grammaticaſtrum.*

Ego, tu, ille.

NUllus homo eſt qui ſe non preferat omnibus unum.
Hinc perſonarum prima vocatur Ego.
Præſentem laudas, abſentem lædis amicum;
Scilicet hinc mihi, Tu proximus, Ille tibi.

140. *Petite, & dabitur vobis.*

QUæ fuit à Domino promiſſa petentibus olim
Gratia, nunc ſolis dantibus illa datur.
Dant homines hodiè gratis nihil; omnia gratis.
Ex nihilo nil fit: da, dabiturque tibi

Date, & dabitur vobis.

141. *Conjuges, Liberi, Parentes.*

SUnt unum vir & uxor, erant duo corpora: at unum
Corpus erant, duo ſunt, filius atque pater.

142. *In Marcum Cauſidicum.*

IPſe tibi cauſas dicis; non, Marce, clienti;
Qui tibi Londinum, non ſibi, portat opes.
Certa tibi lex eſt; lis eſt incerta clienti:
Tu lucri, damni certus & ille ſui.

143. *Ad Patrem.*

VIr quanto præſtantior eſt quam fœmina, tanto
Parte mei natus ſum meliore tuus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

144. *Ad Atilum.*

ATilus antiquos referens ab origine mores,
Conjugis incluſæ vir dominuſque ſuæ eſt.
Scilicet hoc præſtat mulieri, quod Deus Evæ
Dixerat: Ærumnas multiplicabo tuas.

145. *Qualem uxorem velit. Ad amicum ſuum D. Guil. Batton, 1606.*

HAnc volo quæ facilis ſit amari, eadem ſed amare
Difficilis; bello corpore, mente bona.
Rivales in amore volo; mereatur amorem
Multorum quod amo; nil ego ſolus amem.

146. *Ad quendam, quod nullos ſibi ſimiles liberos gigneret, conquerentem.*

VIſne tibi ſimilem generari ex conjuge prolem?
Uxorem primo quærere tibi ſimilem.

147. *Ad maritos. De amore conjugali.*

CUm pater uxorem noſter ſibi ſumeret Evam,
Quem plus diligeret conjuge, nemo fuit.
Ergo maritalis ſummus, velut ordine primus;
Patrius eſt, nata prole, ſecundus amor.

148. *Epitaphium Draki.*

RElligio quamvis Romana reſurgeret olim,
Effoderet tumulum non puto, Drake, tuum.
Non eſt quod metuas, ne te combuſſerit ulla
Poſteritas: in aqua tutus ab igne jaces.

149. *Epitaphium nobilis pueri avo & patre ſuperſtite defuncti.*

NOn ſervat methodum, Logicæ mors neſcia noſtræ,
Occidit ante patrem natus, avumque nepos.

Epi-

150. *Epitaphium Mauri.*

COrpus mente ſua caret, & mens corpore Mauri;
Maurus utroque caret; nil niſi nomen habet.

151. *Epitaphium Pyrami & Thisbes.*

ABſtulit hunc vobis mors, hoſtis amica dolorem.
Qui mortem vobis attulit ante dolor.

152. *Morus Moriens.*

ABſcindi paſſus caput eſt à corpore Morus;
Abſcindi crines noluit à capite.

153 *Tres linguæ crucifixæ.*

LIngua Pelaſga artis cuſtos, Sophiæque vetuſtæ;
Romana imperii; tertia lingua Dei.

154. *Don Antonio Rex Portugalliæ.*

INter te regnumque tuum divortia nuper,
At ſine conſenſu, facta fuere, tuo.
Dicere de regno potes ipſe tuo, quod & olim
Chriſtus * de regno dixerat ipſe ſuo.
* *Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

155. *Alexander, Ariſtoteles.*

MAximus hic Regum, doctiſſimus ille Sophorum;
Magnus Alexander, Major Ariſtoteles;
Doctus Alexandrum meliorem reddidit ille;
Non hic majorem magnus Ariſtotelem.

156. *Plato.*

QUæ primum in labris pueri ſedere Platonis,
In libris reſidens uſque Platonis, apes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

157. *Georgica Virgilii.*

CArmina de terris ſcribis, Maro, culta colendis,
Tu lectoris agros ingeniumque colis.

158. *Perſius Poëta.*

SCripta tenebroſi lego, non intelligo, Perſi;
Lectores nimium negligit ille ſuos.

159. *Tacitus.*

VEracem fecit probitas, natura ſagacem;
Obſcurum brevitas; te gravitaſque brevem.

160. *Ad Martialem.*

DIcere de rebus, perſonis parcere noſti.
Sunt ſine felle tui, non ſine melle ſales.

161. *Ad Petrarcham.*

SEmper dum tua Laura legetur, lis erit, utrum
Tu Laura, lauro dignior anne fores.

162. *Plinius à Ph. Hollando medico Anglice verſus.*

PLinius eſt longus, quia multa, brevis, quia multum
Scribit; at Hollandus * longior, & † brevior.

* *Quia plenior.* † *Quia planior.*

163. *De Cicerone. Ad Catullum.*

TU quod dixiſti, verum; verumque, Catulle,
Quod prædixiſti de Cicerone, fuit.

164. *In Hiſtoricos hujus ſæculi. Ad Dom. Thomam Sackeville, Comitis Dorceſtriæ filium.*

MEndacem hiſtorico non eſſe ſatis fuit olim:
Mendacem contra nunc ſatis eſſe ſat eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Hic negat, alter ait: credet miſerabilis utri
Proxima poſteritas? hic ait, ille negat.
Scinditur hiſtoricum ſtudia in contraria vulgus;
Vixque minor conſtat cui ſit habenda fides.

165. *Reges Populus.*

LAbitur indocto populus ſub principe: ſicut
Præ capitis titubant ebrietate pedes.

166. *Senatus.*

REx regnat ſolus, cur non regit omnia ſolus?
Qui regit & regitur, rectius ille regit.

Hiſtoria.

167. *Ad D. Th. Sackeville.*

HIſtorias verſando peritus, id abſque periclo,
Quod docti damnis experiuntur, habes.
Nec tam multa gravis rerum experientia longo
Tempore, quam parvo te docet Hiſtoria.

De Diæta.

168. *Ad D. Joann. Harington, equitem.*

SI tarde cupis eſſe ſenex, utaris oportet
Vel modico medice, vel Medico modice.
Sumta, cibus tanquam, lædit medicina ſalutem:
At ſumptus prodeſt, ut medicina, cibus.

169. *Pares Franciæ.*

NOn omnino pares eſtis: tamen eſt quoque quædam
Imparium paritas, imparitas Parium.

170. *P. Magnus. C. Maior, F. Maximus.*

MAximus hic Magno minor eſt, Majoreque major:
Quis fuit iſtorum maximus ergo trium?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

171. *Ad doctiſſimum D. Thomam Sackeville Comitis Dorceſtriæ filium.*

JUdicium ingeniumque tuum deſcribere verſu,
Ingeniumque mihi, judiciumque deeſt.
Judicio, ingenio polles, potes omnia, ſi non
Fallor ab ingenio judicioque meo.
Judicium ingeniumque meum quodcumque ſit, haud ſum
Falſus in ingenio judicioque tuo.

172. *De ſeipſo.*
Ad D. Sam. Danielem, Poëtam.

SI bona non facio, quid mirum, Epigrammata? nunquam
Verſificans ungues rodo, caputve ſcabo.

173. *Quinque ſenſus.*

QUinque voluntatiſque voluptatiſque miniſtri
Officium faciunt, an magis officiunt?

174. *Viſus.*

QUo ſimilis menti magis eſt, magis avocat illam
Viſus, & ad nutus ducit agitque ſuos.

175. *Auditus.*

QUam cito vocalis vaneſcit in aure voluptas?
Quæ velut aura venit, quæ velut aura fugit.

176. *Odoratus.*

OS oculoſque inter, naris gnariſſima, quiddam
Carnale, & quiddam ſpirituale ſapis.

177. *Guſtus.*

QUo vis ut guſtus major ſit in ore voluptas,
Hoc tibi conſtabit pluris, emenda fame.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

78. *Tactus.*

EST qui delectet nos tantum, eſt quique titillet
Tactus: & hic juvenes afficit, ille ſenes.

79. *Objectum ſenſuum.*

VIſa, audita, olfacta mihi, guſtataque, tactaque
Afficiunt ſenſus inficiuntque meos.

80. *Tactus & Guſtus.*

SUnt qui nare nihil, ſunt qui nihil aure juventur;
Sunt etiam quorum lumina luce carent.
Guttu autem tactuque caret cur nemo? tuetur
Ille Individuum ſenſus, at hic Speciem.

81. *Epigramma. Satyra.*

NIl aliud Satyræ quam ſunt Epigrammata longa;
Eſt præter Satyram nil Epigramma breve.
Nil Satyræ, ſi non ſapiant Epigrammata, pungunt:
Ni Satyram ſapiat, nil Epigramma juvat.

82. *Mutus.*

LAbra movet, veris non verberat aëra verbis:
Quid velit, interpres dicat Apollonius.

83. *Cæcus & Surdus.*

CUr oculis pollet magis hic, magis auribus ille?
Hic oculis audit; auribus ille videt.

84. *Dentes & Lingua.*

DEns quaſi dictus edens, lingua à lingendo vocata:
Traxit ab officio nomen uterque ſuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

185. *Phœnix, & Vipera.*

TU pereundo paris viventem mortua Phœnix,
Vipera vi pariens, tu pariendo peris.

186. *Bombyx.*

ARte mea pereo, tumulum mihi fabricor ipſe,
Fila mei fati duco, necemque neo.

187. *Dextra.*

SIve quid accipio, ſeu do, cur porrigo dextram?
Ne, mea quid faciat dextra, ſiniſtra ſciat.

188. *Læva.*

A Lævore datum nomen tibi, Læva; laboris
Impatiens longi, deſidioſa manus.

189. *Dies Solis.*

QUæ prima emicuit lux, nondum Sole creato;
Unde fit, ut Solis dicta ſit illa dies?

190. *Terra di Lavoro.*

PLena voluptatis tellus Campania quondam,
Cur hodie nomen, Terra Laboris, habes?

191. *Veſtes.*

ANtiquata viget novitas, renovata vetuſtas
Naſcitur, & veteres nunc novitate placent.

192. *Vinum.*

ANguſto triſtem pellens ex corde dolorem,
Tu cor lætificas lætificando meum.

193. *Ovis.*

SEu caro, ſeu corium, fœtus fimus, alea, chorda,
Lanave, lacve deeſt: omnia præſtat ovis.

194. *Agrorum ſtercoratio.*

VIle excrementum ſtercus, ſed inutile non es:
Tu nutrimento das alimenta meo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

195. *Harmonia.*

INter diſſimiles voces concordia major
Quam ſimiles: Hominem vir mulierque facit.

196. *Pſittacus.*

SI rerum ſit fas invertete nomina, *Parret*
Garrulus inverſo nomine *Prater* erit.

197. *Atramentum & Charta.*

CErtius ut feriat dubios color ater ocellos.
Poſcit ab oppoſito lumen opemque ſuo.

198. *Comœdia.*

INdicat in ſcena noſtros Comœdia mores:
Non habet in nobis fabula ficta locum.

199. *Palliatus & Togatus.*
Palliatus.

LOngius à terra quam nos ſunt pallia noſtra:

Togatus.

Verro togâ terram mens ſuper aſtra volat.

200. *Satyra.*

IDem qui legum, Satyrarum finis, idemque
Principium; mores has genuere mali.

201. *Eunuchus.*

TEſtibus exſectis periit mihi maſcula virtus;
Me tamen eſſe virum mentula * teſtis erit.
* *Falſum teſtimonium.*

201. *Clepſydra.*

CLepſydra mentitur veriſſima: nempe foramen
Tempore ſit ſemper majus; arena minor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

203. *Mercator.*

DIves utrum pauperne ſit, haud mihi dicere promptum eſt,
Qui ſpes infido credit opeſque mari.

204. *Libido.*

DE formem nigra formoſam nocte videri,
Non nox atra facit: cæca libido facit.

205. *Domina.*

QUo magis uxori dominatur nemo vir, unus
Uxorem Dominam cur vocat ille ſuam?

206. *Miles.*

INfligat Mars multa licet tibi vulnera, non tam
Mars nocet armatus, quam tibi nuda Venus.

207. *Exercitus.*

GEns ingens, fidei male fida, immanis, amanſque
Cædis, & humano ſanguine tincta manus.

208. *Amantium lacrymæ.*

HUmorem fervens ex ligno expellit ut ignis,
Ex oculo lacrymas elicit intus amor.

209. *Stellæ.*

IMpare qui numero gaudet, mihi credere par eſt
Impare quod numero condidit aſtra Deus.

210. *Venetiæ.*

UT mare nil niſi aquæ, cœlum nihil eſt niſi ſtellæ,
Sic ſunt Venetiæ nil niſi divitiæ.

211. *Lyra.*

IN tam diverſis cum ſit, concordia chordis;
Tam diſcors hominum non pudet eſſe genus?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

212. *Auceps.*

EXcipe crudelem, qui ludere neſcius, ignem.
Cuncta elementa tuis dant alimenta jocis.

213. *Echo.*

VOcem nulla poteſt ars ſculpere, pingere nulla:
Sola repercuſſos exprimit Echo ſonos.

214. *Speculum.*

FIngere non Phidias, nec Apelles pingere motum
Novit: tu Phidia plus & Apelle facis.

215. *Echo & Speculum.*

NIl in ſe, præter vocem, vitale habet Echo;
Ut vivat ſpeculum, non niſi voce caret.

216. *Muſica: Ad amicum ſuum D. Guil. Iames.*

OPtima Muſarum eſt; reliquis idcirco negatum
Artibus, à Muſis Muſica nomen habet.

217. *Ad D. Henricum Fanshevv Equitem, Muſarum Mæcenatem.*

TRes tibi donavi * libros: Tu tres mihi libras;
Nullus adhuc noſtrum carius emit opus.
** Exemplar primæ editionis.*

Albion.

218. *Ad regem.*

DIſtracta imperiis olim fuit Anglia ſeptem;
Diviſa in partes Inſula tota novem.
Infelix quondam diviſa Britannia, ſub te
Principe jam felix, Albion. * Olbion eſt.
** Beatum.*

FINIS LIBRI SECUNDI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

JOANNIS AUDOENI EPIGRAMMATUM

LIBER TERTIUS.

1. *Ad Illuſtriſſimam & laudatiſſimam Dominam Mariam Neville, Patronam ſuam.*

TE quoties laudo, nil mentior, at nec adulor;
Laudis nulla capit pluſve, minuſve cupit:
Non quæris, ſis laude licet digniſſima, laudem:
Eſt inter laudes hæc prope ſumma tuas.

2. *Ad eandem.*

QUæ parientis onus, cum nondum nata fuiſſes,
Matris eras; nunc es nata parentis honos.

3. *Ad Lectorem de ſuo libro.*

NE tibi non placeant, vereor, mea carmina, lector
Candide; ne placeant, lector inepte, tibi.

4. *Elizabethæ nuper Anglorum Reginæ virginis partus.*

SCotia nobiſcum gentem concreſcit in unam?
Iſte tuæ partus virginitatis erat.
Eſt unire magis, quam multiplicare, beatum:
Tuque magis felix non pariendo parens.

5. *Ad Hollandum, 1602.*

TU non invita geſſiſti bella Minerva,
Anglorum Pallas dum tibi ferret opem.
Fortunæ rota verſa tuæ eſt; mors (alter Ulyſſes)
Pallada ſurripuit, Palladiumque tuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

6. *Ad Iacobum Regem Britanniæ, &c.*

AUrea præfati venit jam Principis ætas,
Bruti indiviſum qui diadema gerat;
Et penitus toto diviſos orbe Britannos
Uniat, & palmam pacis in orbe ferat.
Ut qui pacifice ſentit, jam dicere poſſit:
Omne bonum nobis ex * Aquilone venit.

* *Ovvenus enim Henrici 7 avus ex Boreali VVallia; Jacobus 1. ex Boreali Britannia ortus.*

7. *Ad Henricum Principem.*

SPes Britonum, ſoboles tanto ſperanda parenti,
Dimidium matris, dimidiumque patris,
Nobilium exemplar, ſed vix imitabile, morum,
Quos cuncti, quamvis pauci imitentur, amant:
Inſevit ne tibi pater hos ex traduce mores?
An dedit in mammis mater? utrumque puto.

8. Βασιλικὸν δῶρον

NIl opus autorem hunc; nihil hunc laudare libellum:
Hoc opus autorem laudat, hic autor opus.

9. *Ad Dominam Mariam Neville Comitis Dorceſtriæ filiam, patronam ſuam.*

DIcit te Speculum formoſam, Fama pudicam;
Mentitur Speculum nil tibi, Fama nihil;
Fama malum, quo non aliud velocius ullum,
Auſa tamen de te nil male Fama loqui.

10. *De Cecilia ejuſdem filiola. Ad eandem.*

NEmo poteſt animi mores effingere pictor:
Attamen hæc mores monſtrat imago tuos;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

11. *Ad Lectorem candidum.*

OPtima quæ bona ſunt ; mediocria , quæ mala , dices
Carmina judicio , lector amice , tuo.

Ad lectorum nigrum.

PEſſima quæ mala ſunt ; mala , quæ mediocria, dices
Carmina cenſura , lector inique , tua.

Herculis bivium.

12. *Ad nobilem opt. Spei adoleſcentem D. Thomam Puckering.*

SUnt qui in quadriviis triviiſque inſignite[r] errent :
Herculis in bivio maximus error ineſt.

De virtute.

13. *Ad Mauritium Merick , Cognatum ſuum.*

COntemnit laudem virtus , licet uſque ſequatur
Gloria virtutem , corpus ut umbra ſuum ,
Eſt etenim virtus aliquid , nil gloria : ſicut
Eſt aliquid corpus , corporis umbra nihil.

Horologium vitæ.

14. *Ad D. Joannem VVeſt , amicum ſuum.*

LAtus ad Occaſum , nunquam rediturus ad Ortum ,
Vivo hodie , moriar cras , here natus eram.

15. *De Deo.*

TAntus es , Euclides quantum comprendere neſcit :
Et talis , qualem neſcit Ariſtoteles.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

16. *De Atheo.*

INſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus, inquit.
Dixit; at hoc nullus credidit inſipiens.
Inſipiens negat eſſe Deum ſi nemo, quis ergo
Atheus eſt? Nullum qui cupit eſſe Deum.

17. *Caritas.*

UT niſi quæ ſit amans, conjux eſt nulla fidelis
Sic ibi nulla fides eſt, ubi nullus amor.

18. *Dives & Lazarus.*

ESt in Evangelio, verum ſine nomine, Dives;
Pauper, ubi æternum, Lazare, nomen habes.

19. *Creſcite & multiplicamini.*

PRimus homo fuerat primum res unicâ: poſtquam
Facta fuit mulier prima, fit ipſe duo.
Diviſum poſtquam Deus Evæ junxit Adamum,
Ante velut fuerat, non duo, at unus erat.
Multiplicavit eum primo Deus ergo, deinde
Uniit, ut poſſet multiplicare magis.

20. *Unio.*

UNio divina eſt, diviſio Dæmone nata:
Unus enim Deus eſt, Dæmones innumeri.

21. *Tres tentatores.*

TRes, Caro, & immundus Mundus, Satanaſq; Sophiſtæ
Hic Logicus, reliqui Rhetores ambo boni.

22. *Spiritus & Caro.*

SPiritus huc illuc, miſerum Caro me trahit: in me
Diviſum imperium cum Jove Cæſar habet.
Pax vobis; ſiquidem vox inter amabilis eſſet
Pax ſemel, in toto pax ſimul orbe foret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

23. *Homo homini Lupus. Homo homini Deus.*

HUmano generi Lupus & Deus eſt homo quare?
Nam Deus eſt homini Chriſtus, Adamque lupus.

24. *Verbum Domini.*

PAuca vident homines, Deus omnia prævidet: inde
Vanus homo loquitur ſæpe, Deuſque ſemel.

25. *Via lata & anguſta.*

JUſſit ad anguſtam magno conamine vitam,
Ire per anguſtam littera ſacra viam.
In latum te anguſta locum niſi ſemita ducat,
Ducet in anguſtum te via lata locum.

26. *S. Joannes Baptiſta.*

ANte ivit Chriſtum Baptiſta ut nuncia Phœbi
Solem præcurrit lux aperitque diem.

De Autumno.

27. *Ad amicum ſuum D. Richardum Conok.*

AUfert arboribus frondes Autumnus, & idem
Fert ſecum fructus; nos faciamus idem.

28. *Miſeria vitæ.*

VIvere quiſque diu, quamvis & egenus & æger.
Optat, id eſt, miſerum ſe cupit eſſe diu.
Invitus moritur miſer & miſerabilis Irus;
Hoc eſt, invitus deſinit eſſe miſer.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De Natura & Gratia.

29. *Ad Theodorum Priſe Theologum, Cognatum ſuum.*

NAtura obſcuram lucem, ceu Luna, miniſtrat,
Sol quaſi, ſplendidius Gratia lumen habet.

30. *Catechiſmus.*

SUnt credenda tibi bis ſex, orandaque ſeptem,
Si ſalvus fieri vis, facienda decem.

31. *Dives.*

IN cœlum dives cur raro aſcendit? Avarum
Pœnitet expenſi, præterea nihili.

* O ſpes fallaces!

32. *Ad fratrem ſuum Thomam Owen.*

* *Cic. pro Milone.*

ORes fallaces potius! ſpes vero fideles;
Quæ vel ad extremum nos comitantur iter.

33. *Redemptor.*

UNus homo nobis moriendo reſtituit rem,
Unus ut humanum perdidit ante genus.
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.
Opprobrium cauſa factus, Adame, tua.

34. *Spiritus ſanctus.*

UT ſemper veniunt ab candida tecta columbæ:
Ingreditur Sanctus candida corda Deus.

35. *Fortitudo.*

SCit Sapiens, vult cuique ſuum jus reddere Juſtus:
Qui facere hoc audet, Fortis habendus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

36 *De Rege.*

Lex ſine Rege, velut lumen ſine ſole fuiſſet:
Rex ſine lege, velut ſol ſine luce foret.
Grex Regem primo legit, Rex cum grege legem,
Condidit: hinc legem Rex regit, atque gregem.

37. *Cambro-Britannus.*

Tecum participant in nomine Scotus & Anglus:
Jam tu non ſolus Walle, Britannus eris.

38. *Anglo-Scoti.*

Legibus inter ſe varii qua lege coibunt?
Jungat eos Regni, lex ea ſumma Salus.

39. *Ad Regem.*

Henricus Roſas, Regna Jacobus.

Candidus Anglorum celebres rubeoſque colores
Secum Cadmæas conſereure manus;
Ovigenæque velut Gemini, duo ſidera, fratres
Alternas obeunt lucis in orbe vices.
Utque dies nocti ſuccedit, noxque diei;
Utraque ſic victrix, victaque ſæpe Roſa eſt;
Donec quæ mater * Cambrorum Mona vocatur,
Inſula quam Taciti non tacuere libri,
(Felix prole parens) *Ovveni* † *Britonis ortu*
Clara. Θεȣ̃ δεῖρον nomine reque tulit.
Ejus enim æterna Princeps de ſtirpe Roſarum
Altera cui conjux, altera mater erat.
Poſt varios caſus, & mille pericula regni.
Connubio ſtabili junxit utramque Roſam:
Quarum ne fierent aliquo divortia caſu,
Regna maritaſti tu, velut ille Roſas.

* *Proverbium Britann.* Mon man Gymri. † *Hic non indignum notatu eſt Britannico ſanguini terge-*

minum Britanniæ imperium occulto quodam fato reſtitutum ; 1. Reg. Stotiæ per Stuartum. 2. regnum Angliæ per Tyderum. 3. Imperium totius Inſulæ per Jacobum I, ex utroque oriundum.

40. *Apocalypſis Joannis Nap.*

NOnaginta duos durabit mundus in annos ;
Mundus ad arbitrium ſi ſtat obitque tuum.
Cur mundi finem propiorem non facis ? ut ne
Ante obitum mendax arguerere : Sapis.

41. *Deus Homo.*

NEc ſentire Deus, nec mortem homo vincere ſolus
Poſſet : utrumque facit Chriſtus ; utrumque fuit.

42. *Mors.*

MOrs vitanda malo , ſancto invitanda , malorum
Ultimus eſt finis , vel ſine fine malum.

43. *Deus.*

IMmenſus Deus eſt; quia ſcilicet omnia menſus ,
Innumerabilis eſt , unus enim Deus eſt.

44. *Miraculum.*

MIretur populus miracula : nil mihi mirum eſt.
Præter eum , ſolus qui facit illa , Deum.

45. *Adami lapſus.*

THeiologis animam ſubjecit lapſus Adami ,
Et corpus Medicis , & bona Juridicis.

46. *Ad Adamum.*

EVa , parens mortis , malo te falſa fefellit :
Cumque tuum ſtrueret Væ, tibi dixit AVE,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

47. *Ad Prædicatores.*

NUntius auroræ, prius ut ſe ſuſcitet ipſum
Quam reliquos, alas explicat ante ſuas:
Gallorum ritu, verbi ſic præco veracis,
Ut moveas alios, tu moveare prius.

48. *Tentator.*

SIc velut in muros mures, in pectora Dæmon
Invenit occultas, aut facit ipſe, vias.

Mortificatio.

49. *Ad amicum quendam ſeneſcentem.*

MOrtuus ut vivas, vivus moriaris oportet:
Aſſueſce ergo prius, quam moriare, mori.

50. *Hodie.*

HOc quod adeſt Hodie quod nomen habebat heri? Cras.
Cras Hodie quodnam nomen habebit? Heri.
Cras lentum quod adeſt nunquam, nec abeſt procul unquam,
Quonam appelletur nomine cras? Hodie.

51. ** Tibi ſoli peccavi.*

* Pſal. 51.

SUbditus in legem peccat Regemque Deumque
Rex peccat ſoli (rex quia nempe) Deo.

52. *Oratio.*

CHriſtus uti clauſis penetraverat oſtia portis;
Sic cœli penetrant invia clauſtra preces.

Mariæ Magdalenæ fletus.

53. *Ad cognatum ſuum Elizeum VVin.*

VAna videndo vagus quicquid peccavit ocellus
Abluit erratis illacrymando ſuis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Fallor, an hinc oculo plorandi infuſa facultas,
* Peccandi quoniam fons & origo fuit?
* *Gen. cap. 3. verſ. 8.*

De Spe & metu.

54. *Ad Amicum ſuum Robertum Bovvyer.*

DIvitiæ atque metus comites ſunt; ſpes & egeſtas:
Res optanda tamen ſpes, miſeranda metus,
Pauperis eſt ſperare, timereque divitis; iſto
Quam ſperare equidem malo timere modo.

55. *Methuſalem mortuus eſt.*

NOn vixiſſe diu vita eſt; at vivere, vita eſt.
Quid juvat ergo diu vivere, deinde mori?

De Jure & Juſtitia.

56. *Adamicum ſuum, Ric. Trevor L L. Doct.*

TRita magis Juris quam Juſtitiæ via; quanquam
Juris iter longum, Juſtitiæque breve eſt.

De hominum in temperantia.

57. *Ad Joannem Gifford. Medicinæ Doct. doctiſſimum.*

QUi fragilem longe cupimus producere vitam,
Luxuria vitæ cur breviamus iter?
Nolumus & volumus produci tempora vitæ;
Nolumus à nobis, malumus à Medicis.

58. *Ad Ponticum.*

PAuper es? haud facile eſt fieri tibi, Pontice, ditem:
Dives es? ex facili ditior eſſe potes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

59. *Phariſæi.*

DIcunt, non faciunt: culpa eſt ea temporis hujus:
Fiat quod dictum eſt; dicitur inde Fides.

60. *Libertas.*

SI felix eſt qui, quæ vult, habet omnia, quare
Velle ſolent homines, quæ voluiſſe dolent?
Virtus libertas eſt optima maxima; ſolus
Ille poteſt ut vult vivere, qui bene vult.

61. *Christus cujas.*

COnceptus Nazareth, ortus tibi conſcia Bethlem:
Ut quot Naturæ tot tibi ſint patriæ.

62. *Chriſtus crucifixus.*

ERranti, pereunti, ægro, via, vita, ſaluſque,
Mors mortis pendens in cruce, cruxque crucis.

63. *Crux Chriſti.*

CRux Chriſtum tulit iſta, crucem Chriſtus tul iſtam;
Pro nobis illum crux tulit, ille crucem.

De Religione.

64. *Ad amicum ſuum*
Joan. Bevvman Theolog.

ARbor amœna pio plantanda in pectore, cujus
In radice labor, fructibus inſit honor.
Primus in orbe Deos fecit timor, haud male dictum:
Eſt etenim pietas prima, timere Deum.
Ftel in radice eſt pietas, in vertice mel eſt:
Relligionis enim fons timor, amnis amor.

65. *In Prodigum & Parcum.*

HIc niſi poſt mortem veteri nil donat amico;
Ille nihil, quod poſt funera donet, habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

66.
Conjuges.

UXorem vir amato, marito pareat uxor:
Conjugis illa ſui Cor; Caput ille ſuæ.

67.
Studium.

AMentes fiunt ſtudioſi ſcire ſtudentes:
Nemo fit inſanus, qui ſtudet eſſe bonus.

68.
Memento mori.

MOrs incertarum rerum certiſſima; cunctis
Incertum quando, certum aliquando mori.
Nullus ab occaſu procul eſt homo, nullus ab ortu:
Nec tamen illius, nec memor hujus homo.

69.
B. Virgo.

SPonſa Dei Patriſque parens, & filia Fili:
Virgo, nec abſque viro; mater, at abſque viro.

Quod Rarum, non Carum.

70.
Paradoxon.

COmmune eſt vitium, tamen eſt nil carius illo:
Res vilis Virtus, rara ſit uſque licet.

71.
Bellua.

PRæteriti ſpes nulla manet; ſpes ſola futuri.
Res abeunt ſine ſpe; ſpes redeunt ſine re.
Dum nos præteriti dolor angit, cura futuri:
Bellua quod præſens eſt capit; illa ſapit.

72.
Ratio.

RErum regina eſt ratio naturaque mater;
Nam natura parit res, ratioque regit.

73.
Natura.

NAtura ingenuit rationem provida nobis;
Naturam ratio nos jubet ergo ſequi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

74. Παῤῥησία.

LIbertas, infanda loqui, tibi ſola videtur?
Libera lingua ſat eſt, cui tacuiſſe licet.

75. *Ad Marcum. Problema.*

SIs bonus, anne malus quid refert, Marce? premuntur
Jure mali, quaſi vi; vi, quaſi jure boni.

76. *In Antiquarios & Novatores.*

STulta hæc invidia eſt, cui cuncta recentia ſordent:
Invida ſtultitia eſt, cui nova ſola placent.

77. *Mors Chriſtiana.*

DUcet ad æternam te mors brevis; ut via, vitam.
Ut mors interitus non ſit, at introitus.

78. *Ad Chriſtum.*

ANchora ſpei noſtræ, navis fidei, mare amoris,
Terræ ſal, cœli ſol, animæque ſalus;
Morte tua letum deletum, mortua mors eſt;
Crederet at mortem quis potuiſſe mori?

79. *Philantia.*

CRimina qui cernunt aliorum, nec ſua cernunt;
Hi ſapiunt aliis, deſipiuntque ſibi.

80. *Vitæ Sanctorum.*

SAnctorum vitas legere, & non vivere fruſtra eſt.
Sanctorum vitas degite, non legite.

81. *Patria.*

ESt domi ubique Bonus, Sapiens non exulat uſquam;
Omne ſolum Forti patria, & omne ſalum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Exilium eſt ubicunque; malè eſt; patria eſt, ubi contra;
Patria ubique bonis, exiliumque malis.

2. *In Atheum.*

PRæteriti tibi nulla fides; ſpes nulla futuri;
Præſentis totum te tenet unus Amor.

3. *In Hæreticos.*

AVrum Virgilius de ſtercore colligit Enni;
Ex auro ſtercus colligit Hæreticus.

Laudationis multiplex effectus.

4. *Ad Encomiaſticos.*

FIt melior laudando bonus, pejorque malignus;
Cautior aſtutus, ſimplicior ſtolidus.

5. *Feſtina lente.*

NEmo repente bonus: lente properare memento;
Virtutis quamvis ingrediare viam.
Utile conſilium fit inutile feſtinanti.
Collige primo animum, corrige deinde tuum.

86. *Invidus & Stultus.*

DEficit hunc ratio recta, illum mens bona; verum
Cernere dum non vult ille, nec iſte poteſt.

87. Λόγος.

SErmo Dei totus Ratio eſt, Oratio noſter:
Sic Λόγος eſt loquitur, quod Deus, & quod homo.

88. *Opinio.*

CRedere vult nemo, credi ſibi quiſque, fidemq;
Sicut amicitias, utilitate probat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

89. *Ars.*

NAturæ in gremio Deus artes condidit; ut ſit
Uſque quod acquirat quodque requirat homo.

90. *Apologia Adami.*

CUr ego peccati quaſi princeps arguor autor?
Non ego peccavi primus: at Eva prius.

91. *Serpens.*

TEntator tuus ipſe, tuus deceptor es idem,
Te qui tentaret, tu niſi, nullus erat.

92. *Semper eadem.*

UNus in orbe Deus ſemper fuit, eſt, erit idem:
Cur non eſt eadem ſemper & una fides?
Una fides, velut una dies, illuminet orbem;
Unus ut in cœlo, & in orbe Deus.

93. *Oratio mentalis.*

SIt purum pectus domus oratoria, lector
Spiritus, & mundum cor manuale precum.

94. *Quinque vulnera.*

PHarmaca ſunt potius, quam vulnera, vulnera Chriſti;
Curat enim plagis vulnera noſtra ſuis.

De Amicitia adumbrata.

95. *Ad D. Joannem Suckling, amicum ſuum.*

DUm ſol obſcurum radiis illuminat orbem,
Eſt individuus corporis umbra comes.
Quam primum liquidus nebulis offunditur aër.
Ecce repente tuum deſerit umbra latus.
Te bona dum ſplendet fortuna, ſequuntur amici,
Ut te, dum lucet ſol, ſolet umbra ſequi.

96. Virtus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

96. *Virtus.*

NOn eſt in verbis virtus, at rebus inhæret;
Res ſunt, non voces, Spes, Amor, atque Fides.

97. *Rachel.*

SUblatum natum quare fles; cumque dolore
Perdis eum, quem non abſque dolore paris?

98. *Salomon.*

PRudentes quot ſunt, tot ſunt miracula mundi;
Nam mirabilius quid ſapiente viro?
At Salomon Septem ſenior Sapientibus: ergo
Octavus non eſt, primus at eſſe poteſt.

99. *Spes.*

CUm mihi ſit caſus prudentia nulla futuri,
Quid ſperemve boni, quid metuamve mali;
Non deſpero tamen: cum ſpe mihi ſpiritus exit;
Producit vitam ſpes mihi longa brevem.

100. *Ignorantia humana.*

VIvere vix quid ſit novi, mirum nihil ergo,
Si quid ſit naſci neſcio; quidve mori.

101. *Chriſtus, Via.*

AD cœlos vis ſcire viam tibi qua ſit eundum?
Ad te deſcendit cœlitus ipſa Via.

102. De famâ.

Ad Nobiliſſimum, maximæ, ſpeî Adoleſcentem, D Joan. Harington Equitem.

QUærito virtutes, virtutum ſpernito laudes;
Nominis eſt etenim gloria, non hominis.

G

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

103. *Fides,*

PYthagorea Fides eſt inter dogmata princeps;
Quicquid Pythagoras dixerat, Αὐτὸς ἔφα

104. *Æquanimitas.*

SEu mortis venit, ſeu nondum venerit, hora;
Culpa eſt velle mori; culpaque nolle mori.

Tempora noviſſima.

105. *Ad amicum ſuum, Carolum Rives, Theologiæ Doctorem.*

TEmpora, ſi non erro, noviſſima prima fuerunt,
Nempe novum tempus, cum novus orbis, erat.
Dic mihi jam, veterum lector ſtudioſe librorum,
Hoc tempus noſtrum ſit vetus, anne novum?

106. *Voluntas.*

VIs bonus eſſe? velis tantum, fieſque volendo:
Is tibi poſſe dabit, qui tibi velle dedit.

107. *Ad Solem.*

PHœbe bis octogies terra pulcherrime major,
Innumerabiliter cum videare minor:
Qui mihi tantillo vermi, Sol tante, videris
Tantulus, heu videor quantulus eſſe tibi?

108. *Probitas.*

VIr ſapiens plerumque bono eſt ſapientior; eſto:
Dummodo ſit melior vir ſapiente bonus.

109. *Homo.*

COr, niſi cura, nihil; caro nil, niſi triſte cadaver:
Naſci, ægrotare eſt; vivere, ſæpe mori.

110. *Multiloquium. Ad Prædicatores.*

SErmones crebri morum ſunt ſigna malorum:
Nam quid opus verbis eſt, ubi facta vides?

111. *Mors contra & ſecundum naturam.*

NOn prius auferres prolem, quam dura parentem
O Mors, naturam ſi ſequerere ducem.
Naturam in vita, naturam in morte ſequamur;
Vult Natura hominem vivere, vultque mori.

112. *Eloquentia.*

FAcundus non eſt, qui multa, at qui bene dicit;
Ut nec fœcundus, qui mala gignit, ager.

113. *Deus.*

UT prohibent oculum nebulæ diſcernere cœlum:
Sic videt ob mentis nubila nemo Deum.
Nemo Deum vidit; pauci audivere loquentem:
Hinc tam rara * fides; at mage rarus † Amor.

* *Fides ex auditu.* † *Amor ex viſu.*

114. *Ad Ponticum.*

SÆpe rogas, Quot habes annos? reſpondeo, Nullos:
Quomodo? quos habui, Pontice, non habeo.

115. De Amore & Amicitiâ.

Ad Carolum Rives. Theolog. Doctorem, veterem amicum.

NAtura à longa quod conſuetudine differt,
Hoc ab amicitia, Carole, diſtat amor.

116. *Principes.*

PRæ vobis pietatem & Relligionis honorem
Semper & antiquam fertis in ore fidem:

Relligio ſed vos augendi accendit honoris,
Non reſtaurandæ Relligionis honor.

117. *O tempora! O mores!*

CUr accuſat homo mores ac tempora culpam
Moribus aſcribens temporibuſque ſuam?
Non in temporibus vitium eſt, aut moribus ullum,
Non vitiamur ab his temporibus, ſed in his.

118. *Philoſophia.*

PLurima ſcire volunt omnes, at credere pauci,
Hinc multi credunt plurima, pauca ſciunt.

119. *Malum infinitum.*

MIlle modis morimur mortales, naſcimur uno:
Sunt hominum morbi mille, ſed una Salus.

120. *De Controverſiis.*

THeiologi certant & adhuc ſub judice lis eſt;
O utinam lis ſub judice tota foret!
Theiologi certant, & adhuc de judice lis eſt;
O utinam lis de judice ſola foret!
Tanta vel in nobis utinam lis eſſet amoris,
Quantus, in hoc lacero tempore, litis amor.

121. *Chriſtus in cruce.*

IN medio Chriſtus latronum quando pependit:
Aut nunquam, aut Virtus tunc fuit in medio.

122. *Temporis filia.*

QUod verum eſt, lateat quamvis, aliquando patebit:
Hinc & apud Grajos nomen ἀληθὲς habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

123. De Medecina & Juriſprudentia.

Ad Henricum Martinum Doctorem V. Juris prudentiſſ. & Joan Gifford Doctor. Medicinæ pertriſſimum, amicos ſuos.

VIvere naturæ ſi convenienter amarent
Mortales, medica nil opus eſſet ope.
Si ſaperent homines rixis avidiſque carerent
Litibus, & queruli garrulitate fori.
Sic incompoſitus poſt ſcrinia Bartolus iret,
Et mus illectum roderet Hippocratem.

124. *Conjuges.*

DIſcordes nos tota domus non continet ambos
Concordes lectus nos tamen unus habet.

125. *Dies breviſſima.*

UNa dies noſtræ ſuprema breviſſima vitæ;
Eſt etenim fini proximus ille dies.

126. *Querimonia virtutis.*

RArus amoris amor, virtutis nullus amator;
In pretio pretium nunc, in honore honor eſt.
Divitiæ proſtant, emiturque pecunia nummis;
Et ſua jam virtus præmia vilis emit.

127. *Durus pater.*

IN gnatum quo, dure parens, es parcior, hoc es
Largior; huic moriens omnia namque dabis.

128. *Oratio ad Deum in morbo.*

NAturæ natura, Deus bone, cum mihi poſſe
Vivere ſuſtuleris, da mihi velle mori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

129. *Ad litigatores.*

SI judex tibi ſurdus erit, deſertus abibis:
Et fruſtra, amiſſa lite, diſertus eris.
Judicibus pluſquam juri ſtuduiſſe juvabit;
Hos tibi, quam leges, conciliato prius.

130. *In Brunonium.*

INſtituere patres ideo jejunia noſtri,
Ut caro ſpiritui pareat, ille Deo:
Tu ſemper plena ſervas jejunia menſa,
Spiritus ut carni ſerviat, illa tibi.

131. *Tempus.*

OMnia fert ætas ſecum; aufert omnia ſecum:
Omnia tempus habent, omnia tempus habet.

132. *Ceſſatio miraculorum.*

ABbreviata Dei, ſiquidem miracula ceſſant,
Eſt manus? an potius noſtra minuta fides?

133. *Ad Irum.*

VIvere te ſemper velles; tu vivere ſemper
Non potes: at ſemper vivere velle potes.
At cum tam miſere vivas, ego neſcio quare,
Velle licet poſſis vivere, poſſe velis.

134. *Scientia.*

JUdice me, ſoli ſemperque perinde beati
Sunt, quicumque ſciunt omnia, quique nihil.

135. *Chriſtus.*

FInis noctis ut eſt aurora, & origo diei;
Tu finis mortis, fons que ſalutis eras.

136 *Quis tu?*

QUeis oculos videam ipſe meos, oculi mihi deſunt;
Qua mentem videam, mens mea mente caret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Si mens, una mei pars optima. neſcio quid ſit,
Unde tibi poſſum dicere, ſim quid ego?

137. *Regnum Cælorum.*

REgnum cœlorum, quo non patet amplius ullum,
Cur ad tam paucos pertinet? arcta via eſt.

138. *Dolor & voluptas.*

COr corpuſque dolor præſens gravat uſque futurus
Suſpenſum cruciat, præterituſque juvat.
Præſens præterito juvat emta dolore voluptas;
Venturo præſens emta dolore nocet.

139. *Petrus.*

ULtimus in Solyma Kaiphas fuit urbe ſacerdos,
Ut perhibent, Roma primus in urbe Kephas.

140. *De Somno.*

SI ſomnus nihil eſt niſi mors, nil mors niſi ſomnus;
Quos plus in vita dormio, vivo minus.

141. *Roma.*

INcepto fratrem Cain orbe occidit Abelem;
Incepta fratrem Romulus urbe Remum.
Roma Remi polluta recens, ut mundus Abelis,
Sanguine: principium eſt Orbis & Urbis idem.

142. *Hominis perfectio.*

UNiuſcujuſque rei perfectio ſumma
Eſt, ad principium poſſe redire ſuum.
Tunc igitur perfectus homo ſummeque beatus,
In cœlum & terram quando revertar, ero.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

143. ** Domine adauge fidem noſtram.*
** Luc. c. 17.*

NOn augenda fides, potius minuenda videtur,
Vix cum ſint homines tot, quot in orbe fides.
Sortitur ſibi quiſque fidem, ſibi quiſque magiſtrum:
Nunquam plus fidei perfidiæque fuit.
Domine, diminue fides noſtras.

144. *In avarum.*

IMprobus Herculeum Nihil-ultra tranſit: avarus
Plus-ultra Caroli ſemper habere cupit.

145. *Bonum Tranſcendens.*

TRanſcendit Genus omne Bonum, nulliſque tenetur
Finibus; eſt igitur nullus in orbe Bonus.

146. *Omnia vanitas.*

DEfleret mores, ſi viveret, Heraclitus;
Noſtraque rideret tempora Democritus.
Quanqnam, ad ridendum curas & inania mundi,
Splenis Democritus non ſatis unus habet:
Ad caſus hominum, lacrymarum rore rigandos,
Heraclite, oculi non ſatis ambo tui.

147. *In Epicureos.*

SÆpe ego de Veneris juvenes brevitate querentes
Audivi, & vitæ de brevitate ſenes.
Vita voluptatis brevis eſt, vitæque voluptas;
Qui pariter parvi pendit utramque, ſapit.

148. *Opera.*

QUi bene fecerunt, illi ſua facta ſequentur;
Qui male fecerunt, facta ſequentur eos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

149. *Initium ſapientiæ timor.*

SPeraret cælos nemo, ſi nemo timeret
Infera, prudenti ſpem facit ipſe metus.

150. *In Battologum.*

NOn contentus eo, doctas quod inanibus aures
Vocibus, & tempus garrulitate teras;
Poſt longo enectum ſermone levique popellum,
Temporis aggrederis de brevitate queri.
Oxonium redeas, melius diſtinguere diſcas;
Sermo quidem longus, non breve tempus erat.

151. *In eundem.*

NUlla ſat ut Tulli eſt oratio longa diſerti;
Sic tua, Batte, brevis concio nulla ſatis.

152. *In Polytheos.*

O Stolidæ gentes, quæ vos dementia cepit,
Plures quam mundos eſſe putare deos?

153. *De ingenio & ſtudio.*

INgenium, ſtudio ſi non acuatur, hebeſcit;
Ut telum, aſſiduam cos niſi præſtet opem.
Ingenium ſtudiis alitur, teritur quoque, ſicut
Tela terendo acuit cos, acuendo terit.

154. *Noſce teipſum.*

QUalis ſit, talem ſe nemo intelligit: atqui
Se meminit puerum vir, juvenemque ſenex.

155. *Ars longa, vita brevis.*

UT ſolide ſapiat, nulli ſua ſufficit ætas;
Mors prius à tergo, quam ſapiamus adeſt.

156. *In Moranum ſenem.*

NOn diſcenda modo ſed dediſcenda ſuperſunt
Multa, Morane, tibi, ſi bonus eſſe velis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Dediſcendo bonus diſcendove quomodo fias?
Difficile ætati cum ſit utrumque tuæ.

157. *Ad D. T.*

DUpliciter miſer es, quia felix ante fuiſti;
Dupliciter felix, qui fuit anter miſer.

158. *Omnes quærunt quæ ſua ſunt.*

NOn quærit Chriſtum Laicus; ſua commoda quærit.
Nec tu τὸν χριςὸν Clere, τὸ χρυςὸν amas.

159. *In Brunonium.*

CUi peſtis teſtis divinæ creditur iræ,
Tam bene, Brunoni, qua ratione vales?
In promtu ratio eſt; qua non capitalior ulla
Eſſe poteſt, patriæ peſtis es ipſe tuæ.

160. *Reſpice finem.*

REſpice principium potius, ſed proſpice finem,
Cœlum ſuſpiciens, deſpicienſque ſolum.

161. *Senſus. Ratio. Fides. Caritas. Deus.*

NIl ſenſus ratione carens, ratio fidei expers;
Nil ſine amore fides, nil amor abſque Deo.

De Prudentiâ.

162. *Ad amicum ſuum, D. Thomam Bridges.*

UTilis in rebus prudentia ſemper agendis,
Una eſt virtutum ludimagiſtra trium.
Nempe bonum in vita quid ſit, Prudentia monſtrat:
Ut Logice, verum quid ſit in arte, docet.

163. *Ad Parentes.*

SUm tua, care pater, tua ſum caro, mater in una
Carne mea duo vos eſtis, & una caro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

164. *Prudentia & Fortitudo.*

PRudentis caviſſe viri eſt mala, ferreque fortis;
Ut mala non metuat iſte, nec ille ferat:

165. *In ſudore vultus tui.*

MAndere qui panem jubet in ſudore diurnum,
Non dabit æternas abſque labore dapes.

De Fide & Caritate.

166. *Ad cognatum ſuum, Audoënum Cvvyn, Theologum.*

ARbor uti plantanda prius quam fructus habendus;
Inter virtutes prima docenda fides.
Vita fide paritur, tamen haud ſine amore; ut egenus
Spe vivit, ſed non abſque labore tamen.
Prima Fides igitur, princeps Amor eſt; quia magna eſt
Credere, ſed virtus major amare Deum.

167. * *Si oculus tuus dexter, &c.*

* Matth. 5. 29.

SI quoties peccant dextri effodiantur ocelli,
Mundus in exiguo tempore luſcus erit.

Adverbia Chriſtiana.

168. *Ad amicum ſuum Io. Tovey.*

ADjectiva parum proſunt, Adverbia multum;
Non bona tam penſat quam bene facta Deus.

169. *Vitæ brevitas.*

INfanti nondum nato par omne futurum
Judico, defuncto præteritumque ſeni.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Tollito præteritum de vita, tolle futurum,
Quantillum vitæ, quod tibi, reſtat, erit?

Lex Talionis.

170. *In Aulum.*

MAjorum nunquam, Aule, legis monumenta tuorum:
Mirum eſt, poſteritas ſi tua ſcripta legat.

171. *Tempus.*

TEmpus edax rerum: nos & terit omnia tempus:
Nos terimus tempus: jam ſumus ergo pares.

Abundans cautela.

172. *Ad Michaëlem Heyden, amicum ſuum.*

NIl temere facias, timide nihil, omnia caute;
Cuncta cito, ſero nil, ſubitoque nihil.
Natura es timidus? fortem prudentia reddet;
Nemo cavenda timet, qui metuenda cavet.

173. *Joannes ad oppoſitum.*

COncurrat veterum licet in te turba, potes tu
Hac omnes una vincere voce; Nego.

174. *Juſtificatio.*

JUſtificant hominem ſua facta fideſne fidelem?
Juſtificat ſolus facta fidemque Deus.

174. *Dies Judicii.*

QUo reſpondebunt homines, & ad omnia, & omnes,
Judicio tanto num ſatis una dies?

176. *Ad Marianum.*

ODerunt peccare boni virtutis amore:
Sunt igitur pauci nunc, Mariane, boni.
Improbitas tanti, probitas tam denique parvi
Penditur; ut probrum pene ſit, eſſe probum.

177 *M. Magdalenæ fletus.*

Urgunt ex uno fontes duo monte perennes;
Unde duplex ſalſæ labitur amnis aquæ.

178. *De anima.*

COelitus orta mihi meus, non ex traduce; nam ſi
Corpore cum reliquo mens oritur, moritur.

179. *In Marcum.*

IN lecto tua vota facis, reſupinus adoras;
Quid mirum ignavas, Marce, perire preces?
Orantis quaſi non orantis inania verba:
Sic audit, quaſi non audiat illa, Deus.

180. *Infernum.*

UT niger in niveum nulla redit arte colorem;
Spectat ab inferno ſic via nulla retro.

181. *Ad amicum pauperem.*

ES male nunc? utinam in pejus ſors omnia vertat;
Succedunt ſummis optima ſæpe malis.

182. *Partes mundi.*

DIviditur totus partes in quatuor orbis;
Orbis quot partes, ſunt tot in orbe * Fides.

* *Judaica, Chriſtiana, Mahometana, Pagana.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

183. *Diſcordiarum cauſæ.*

SEnſus quemque ſuus, Ratio ſua quemque gubernat;
Velle ſuum cuique eſt, & ſua cuique Fides.
Velle ſuum cuique eſt; fratrum hinc diſcordia: ut inter
Fratres conveniat, nil niſi velle deeſt.

184. *Liberalis.*

VIr juſtus dat cuique ſuum, ſed te dare oportet
Divitibuſque ſuum, pauperibuſque tuum.

185. *Sapiens.*

QUi rerum novit cauſas ac tempora ſervat,
Temperat affectus, ordinat acta, ſapit.

186. *Sapiens.*

FAta regunt fatuos; ſapiens dominabitur aſtris:
Non fatum, at * fato ſe regit ipſe ſuo.

* *id eſt ſapientia.*

187. *Infans anonymus ante baptiſmum mortuus.*

MOrtuus heu! nec lotus aqua, nec nomine notus,
Non habui nomen quod tibi, Chriſte, darem.
In libro vitæ tu me ſine nomine ſcribas:
Spes eſt in ſolo nomine noſtra tuo.

188. *Adulator & Invidus.*

ZOilus & Gnatho non re ſed nomine diſtant:
Virtutem ille bonis invidet, iſte malis.

189. *Amor & amicitia.*

NOdus amicitiæ rumpendus propter amorem:
Propter amicitiam non violandus amor.

190. *Petrus & Paulus.*

IMperium gladio, ſed opes ſub clave tenentur;
Ditior eſt Paulo ſcilicet inde Petrus?
Eſſe inopem Divum ſua dicit epiſtola Paulum:
Hoc ſanctus de ſe nullibi Petrus ait.

191. *Socrates.*

NIl ſcis, unum hoc ſcis, aliquid ſcis & nihil ergo:
Hoc aliquid nihil eſt: hoc nihil eſt aliquid.

192. *Homo.*

PLorabas cum natus erat; fuit ergo voluptas
Nulla tibi naſci; cur dolet ergo mori?

The vvinding ſheete.

193. *Ad Paulum ſepultum.*

EX utero matris veniſti nudus in orbem;
In terram tectus ſindone, Paule, redis.
Plus aufers igitur tecum quam, Paule, tuliſti,
Plus reddis matri quam dedit illa tibi.

194. *Ad Lectorem aulicum.*

SI ſapiant hic multa ſcholam, perpauca ſed aulam;
Scito quod hæc aulæ ſcripſimus, illa ſchol.

Prudens Simplicitas

195. *Ad amicum amiciſſimum. Joannem. Clapham.*

UT nulli nocuiſſe velis, imitare columbam;
Serpentem, ut poſſit nemo nocere tibi.

196. *Oculi Reipublicæ.*

LEx & Relligio junxerunt fœdera: pravas
Hæc hominum mentes comprimit, illa manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

197. *Ad Joannem Gifford. Medicinæ Doctorem peritiſſimum.*

ARtis Apollineæ quod ſis, Gifforde, peritus,
Haud mirum; noſti corpus & ipſe tuum.
Si non Galenus jubet hoc, at doctus Apollo
Juſſit: Apollineum γνῶθι σεαυτὸν erat.

198. *Cornicula, Anſer.*

Cornicula

ALtera me in terris non eſt facundior ales.

Anſer.

Tu me plus loqueris: plus ego ſcribo tamen.

199. *Miſeria Job.*

DIvitias Jobo ſobolemque, ipſamque ſalutem
Abſtulit (hoc Domino non prohibente) Satan.
Omnibus ablatis miſero, tamen una ſuperſtes,
Quæ magis afflictum redderet, uxor erat.

200. * Pauls and VVeſtmunſter.

* *Templum Divi Pauli & Monaſterium Sancti Petri.*

FIſcus ad Occiduum ſtat Regius & Fora Petrum,
ALBA nec à Petro principis Aula procul.
Ad Divum Verbi præco myſteria Paulum
Explicat, & merces Bibliopola ſacras;
Omnia conveniunt, ſit Paulus ut hic, Petrus illic:
Ditior hic Paulo, doctior ille Petro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

201. In Conjuratores.

Qui 5. Novembris die Martis, 1605. ſubjecto pyrio pulvere Curiam VVeſtmonaſterienſem diſſlare inſtituerunt.

EX imâ celſum tellure laceſſere cœlum ;
Eque loco ſuperos inferiore Deos ;
Quid, ſi non hoc eſt imponere Pelion Oſſæ,
Et turrim in terris ædificare Babel ?
Atque iterum in cineres Trojanam vertere gentem,
Inque tenebroſum volvere cuncta Chaos ?

202. *In eoſdem.*

ERgo novam in cineres voluiſtis vertere Trojam
Perjuri fato quo periere Phyges ?
Non fuit infando lux Martis idonea fato ;
Mercurii Cinerum nam ſolet eſſe dies.

203. *Rex ad Brittanniam.*

FAma meæ mortis nuper tibi nuncia venit.
Nolito famæ credere : crede mihi.

204. Ad Angliam.

De Vnione Britannica.

IN terna æterna Britones jam pace fruemur ?
Ternus enim populus qui fuit, unus erit,
VVallia cui vallum contingit, Scotia ſcutum,
Anglia, ſecuram jam licet eſſe tibi.

205. *Ad Tho. Neville. D. Henrici & D. Mariæ Neville maximæ ſpei & optimæ indolis filium.*

ORte Nevillorum puer alto à ſanguine, dulci
Pingitur in vultu cujus uterque parens ;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Exprimis & mores, non corpora ſola parentum;
Matris virtutes, ingeniumque patris.

206. *In obitum Nobiliſſ. D. Caroli Blunt Comitis Devoniæ, 1606.*

CArole, laudandus dubito magis, anne dolendus?
Elogio dignus ſis, Elegone magis.
Mortuus es; de te multi jam multa loquuntur:
Optima quæque boni, peſſima quæque mali.

207. *Ad Lectorem*

QUæ legis hic, ſunt curta Epigrammara, ſunt quoque pauca:
Nam ſi multa forent cnrtula, longa forent.
Quæ legis hic, ſunt pauca Epigrammata, ſunt quoque curta:
Nam ſi longa forent, paucula multa forent.

208. *De viva voce, & ſcriptis.*

SIt verbum vox viva licet, vox mortua ſcriptum;
Scripta diu vivunt, non ita verba diu.

Tertii libri Epigrammatum

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM,

JOANNIS OVVEN

CAMBRO-BRITANNI,

Ad Excellentiſſimam & doctiſſimam Heroinam.

D. ARBELLAM STUART,

Liber ſingularis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Ad D Joan. Audoënum.

FAſtidita meæ fuerant Epigrammata Muſæ ;
Jamque ſatur Carmen pene peroſus eram :
At tua jucundum referunt mihi ſcripta ſaporem ;
Provenit ex verſu nauſea nulla tuo.

Joann. Harington, Eques.

Ad D. Joan. Audoënum.

MUlti ſcripſerunt Epigrammata, nuper & olim,
Quorum vix equidem nomina nota reor :
At tua (ne dubites) vivens Epigrammata, vivent,
Dum ſacer in pretio ſermo Latinus erit.
Laus tua cum terra ſtabit, cœloque manebit ;
Nec, niſi cum mundus concidet ipſe, cadet.

D. Du Tr. Med.

Idem, De eodem.

SIve jocos lepidus, ſeu ſeria tractat Oënus ;
Autorem hunc aliud nil agitaſſe putes ;
Sive paludatus Lector ſit, ſive togatus,
Applicat hic genium Scriptor utrique ſuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

JOANNIS AUDOENI
EPIGRAMMATUM
LIBER UNUS.

1. *Ad Nobiliſſimam & Doctiſſimam Heroinam Dominam Arbellam Stuartam*

REgina Progenies, genere illuſtiſſima Virgo,
Nec minus ingenio nobilitante genus;
Ingenii fructus tibi fert offertque ſecundos.
Primitias Dominæ qui dedit ante ſuæ,
Seque tibi tanquam bella Virtutis in ara.
Conſecrat, ingenium ſacrificatque ſuum.

2. *Ad eandem.*

A Teneris idem tenor, & conſtantia vitæ,
Arguit, ingenii vim geniumque tui.
Te non adverſæ timidam tumidamve ſecundæ
Rex faciunt eadem frons tibi menſque manet.
Fecit & in populo tua ſpectatiſſima virtus,
Ne quis adulari me tibi poſſe putet.

3. *Ad librum.*

INnumero dicenda tibi ſub judice cauſa eſt;
Arbitrium de Te non duo treſve dabunt:
Forſan & illectus temere damnabitur Autor;
Rarior & lector quam reprehenſor erit.

Unio.

4. *Ad Britannos.*

QUis niſi mentis inops oblatum reſpuat aurum?
Offertur nobis * Unio: reſpuitur.

* *Quod vulgo perlam dicimus, Latini unionem vocant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

5. *Vacuum.*

E Thicus ô inquit quantum eſt in rebus inanes
Eſſe tamen Phyſicus monſtrat inane nihil.

6. *In Zoilum.*

Z Oilus æterno laceratur carmine ; quanquam
Ante duo annorum millia mortuus eſt.
Anne quod hæredes poſt ſe tot in orbe reliquit,
Pro tota pœnam poſteritate luit ?

7. *A Centro ad Circumferentiam.*

A Centro ad circum non unica linea ducit :
A Terra ad Cælum fert tamen una via.

Gallicinium.

8. *Ad H. Principem.*

A Nglorum ſenſit virtutum Gallia ; ſolus
Ad Galli cantum non fugit iſte Leo.

Bellum Grammaticale.

9. *In Quintum.*

E St nummus Nomen, Verbum promittere Quintus,
A quo ſperabam Nomina, verba dedit.

Tres Dimenſiones.

10. *In A. Battologum.*

V Ox tua menſuris deſiderat è tribus unam ;
Lata ſatis, nimium Longa, profunda parum.

Ad Lectorem.

11. *De tribus prioribus Epigrammatum Libellis.*

S Icut poſt varios quinquagenaria partus
Jam reliquos ſoboli tranſit inepta dies ;

Sic tribus emiſſis vena meliore libellis,
Aridus ingenii jam ſterileſcit ager.

12. *Ad Simonem VVaterſon, Bibliopolam.*

VVAterſone, mei ſuſceptor prime libelli,
Dum fueris gratus, Bibliopola Simon;
Sint quamvis contra ſacras monopolia leges,
Ingenii fies tu monopola mei.

13. *Salum.*

SAlſa ſitim pariunt: nihil æquore falſius. Ergo
Quid mirum dulces quod bibat æquor aquas?

Solſtitium.

14. *In Ponticum atheum.*

SOlſtitium vitæ, Mors eſt; Sol ſtare videtur;
Non ſtat, homoque mori, Pontice, non moritur.

15. *Ad Librum.*

PArve Liber, patriis monitis munitus in Aula,
Diſcito fortunam ſortis utramque pati.
Illic invenies aliquem tibi forſan amicum;
Atque aliquis contra qui maledicat, erit.
Si quis erit nimium rigidus, nimiumve moleſtus,
Non me, ſed dominum, dic, reprehende meum.

Auliciſmus.

16. *Ad Amicum Aulicum.*

ARiſit tibi Rex? ridebit & aſſecla magni
Regis, ut ad motum corporis umbra movet.
Perfricuit frontem Rex? Aulicus illico vultum
Contrahit, ut, cum ſol occidit, umbra fugit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

17. *In Corbulonem.*

QUæritur in capitis frondoſi vertice quare
Non habeat crinem Corbulo; crimen habet.

18. *Ad Pontilianum.*

IN jus Chriſtophorus te, Pontiliane, vocavit:
Non te, ſed nummos, Pontiliane tuos.

19. *Ad D. Edvv. Herebertum, ordinis Bathon. equitem doctiſſimum.*

TE verſus laudare meos mihi fama ſuſurrat:
O par ſi poſſem laudibus eſſe tuis;
Qui tenues tanto Muſas dignaris honore,
Dignus es à Muſa tu meliore cani.

Invidiæ Genealogia.

20. *Ad D. Joannem Haringtonum Equitem D. Baronis Haringtoni hæredem maximæ ſpei adoleſcentem.*

INvidiam virtus peperit, partemque tuetur:
Ex virtute unum naſcitur hoc vitium.
Hoc Epigramma tibi quæris cur dedico? dicam:
Sperare invidiam nam tibi jure licet.

De Virtute.

21. *Paradoxon.*

IN medio virtus vitiorum quæque duorum eſt;
Præſtaret, vitii ſi foret iſte locus.

Septem Planetæ.

22. *Ad Paulum.*

ERrantes inter ſtellas bene, Paula, notaſti,
Quinque mares, generis fœmineique duas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

23. *In Marcum.*

PLus tibi pollicitis præſtandum : non minus : unde
Una data eſt homini lingua , manuſque duæ.
At tu nil præſtas ; promittis plurima : tanquam ,
Marce , duæ linguæ ſint tibi , nulla manus.

24. *Sacerdos Romanus.*

VIs ſit adulterium non dignũ morte, ſacerdos?
Haud mirum ; conjux eſt tibi nulla : ſapis.

25. *Miniſter Genevenſis.*

VIs ut adulterium plectatur morte , Miniſtes?
Haud mirum ; conjux eſt tibi bella : ſapis.

26. *Philautus Poëta.*

PRoxima quod noſtris ſit maxima Luna videtur
Senſibus ; ex ſeptem ſit minima illa licet.
Sic Vatum videor , quia ſum mihi proximus ipſe,
Sim quamvis minimus , maximus eſſe mihi.

27. *In tenacem Clientem.*

MIraris clauſæ quod ſint tibi judicis aures ,
Cum tua judicibus non ſit aperta manus?

28. *In quendam Aſinum.*

CUr Aſinum voco te , potius quam nomine, quæris ?
Non aſinis dantur nomina , dantur equis.

Imago in ſpeculo.

29. *Ad Pontiam.*

SUbridet , quaſi te ridentem cernat imago :
Irrigat & mœſtas , te lacrymante , genas :
Cum dormis, oculos claudit ; tecumque movetur;
At tu dum loqueris , dicit imago nihil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

30. *Permutatio Glauci.*

E ſurient fratri omne ſuum jus vendidit Eſau,
Jacobus fratri jus dedit omne ſuum.

31. *Ad quendam ſomniatorem.*

IN ſomnis ignota prius myſteria diſcis,
Multaque, te vigilem quæ latuere, doces;
Quanto plus igitur ſcires, ſi mortuus eſſes,
Tam bene quem docuit mortis imago loqui?

VVallia & Cantia, alias Cantium.

32. *Ad D. Robertum Cotton, Equitem Doctiſſimum.*

ANtiquam retinet gentem non VVallia nomen
Non gentem, at priſcum Cantia nomen habet.

Heautontimorumenos.

33. *Ad Cognatum ſuum, D. Theodorum Price, Theologum.*

ANgelus eſt nimium felix, quia corporis expers:
Bruta nec infelix bellua, mente carens.
Solus homo miſer eſt, qui mente & corpore conſtat,
Sentiat ut fragilem ſe, miſerumque ſciat.
Scilicet omnis homo (Menedemi nam ſumus omnes)
Se ratione angit, non ratione regit.

34. *In Linum.*

TE mihi devinxi; credebam cum tibi nummos,
Me tibi devinctum vis? mihi redde meum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Cœlibatus.

35. *Ad amicum ſuum D. Robertum Bovveyer, cœlibem.*

SI cælum meritis adſcribitur, & benefactis,
Cœlebs tu, cœlum quo merearis, habes.

Væ ſoli.

36. *Ad Amicum ſuum, Joan. Suckling. conjugatum.*

PRincipio cœlum, terramque hominemque creavit,
Cur, niſi quod ſolus noluit eſſe Deus?

37. *In Marcum.*

ESſe poteſt dives promiſſis quilibet, inquis?
Pollicitis dives non ero, Marce, tuis.

38. *In Aulum, Atheum.*

DE Cælo tecum fieret cum ſermo, Deoque,
Tecum, qui Numen nomen inane putas,
Vere dixiſti: Quæ ſupra nos, nihil ad nos;
Orcus enim ad veſtrum pertinet, Aule, gregem.

39. *Homo Hiſtrio.*

SPes Argumuntum vitæ (nam Fabula vita eſt)
Mundus Scena, Fides Prologus, Actor Amor.

40. *Ad Lectorem.*

CUr ego tam ſtudeam brevitati, forte requiris?
Hoc factum eſt cauſa, Lector amice tua,
Sicut iter longum facienti, oneroſius auro eſt,
Argentum; longum ſic Epigramma brevi.

41. *Stilo novo.*

URbs veterũ cultrix, rerumque inimica novorũ
Impoſuit Faſtos cur ſibi Roma novos?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

42 *Ad Marinum, de amica ſua.*

MObilitas cœli laus eſt; Conſtantia terræ
Gloria, quæ ſtabilem ſervat in orbe ſtatum:
Unde Marine, tibi cœleſtis tota videtur,
In ſe terrenum nil tua Phyllis habet.

The vveaker veſſell.

43. *Evæ Lapſus.*

ECLipſin raro patitur ſol, luna frequenter:
Eſt magis ad lapſum fœmina prona viro.

Nec in hoc ſeculo, nec in futuro.

44. *In Damnianum*

SEu res præſentes conſidero, ſive futuras,
Nemo hominum magis es te, Damiane, miſer.
Improbus es: nil te ſeclum juvat ergo futurum.
Sultus eſt; hoc ſeclum te juvat ergo nihil.

Carendo magis, quam fruendo.

45. *In Ponticum.*

INgenium ſcis quid valeat, quid Pontice, virtus,
Si rerum ſcitur verus egendo valor.

46. *Homicidium.*

UNus homo per ſe ipſe poteſt occidere mille,
Unum hominem poſſunt vix generare duo.

Amicitia.

47. *Ad Amicum ſuum D. Tho. Bridges.*

CUr ſimilis ſimilem ſibi quærit? amicus amicum?
Uno nemo poteſt in pede ſtare diu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

48. *Ad D. Joannem Haringtonum Equitem, D. Baronis Haringtoni filium, bonarum litterarum virtutiſque ſtudioſiſſimum adoleſcentem.*

SI vultu virtus incognita proditur, extant
 In vultu virtus ingeniumque tuo.
Eſt & in hoc ſpectata tui prudentia patris,
 Toveus ingenii quod tibi cultor adeſt:
Quandoquidem ſimiles dat noſtra, Britannia paucos,
 Doctores illi, diſcipuloſve tibi.

49. *In Pollydorum Virgilium.*

VIrgilii duo ſunt: âlter Maro, tu Polydore
 Alter: tu mendax, ille Poeta fuit.

50. *In quendam Momum priorum Epigrammatum Cenſorem iniquiſſimum.*

INter tot ſceleratorum centena, tuliſſet
 Si juſtos tantum quinque Gomorrha viros;
Staret adhuc. ——————
Tu propter paucos, leviuſcula carmina, luſus,
 Vis pereat totum, livide Lector, opus.

51. *In eundem.*

INcendit Triviæ ſacra templa, ut nomen haberet,
 Quidam neſcio quis: nec puto nomen habet.
Sic tu dente nigro carpis mea carmina; ſperas
 Forſan in hoc quarto nomen habere libro.
Uſque licet per me rodas mea carmina, carpas
 Uſque licet; fallam ſpes ego (Mome) tuas.

52. *In quendam domeſticum obtrectatorem.*

TU quoque mi frater, fratrem, cariſſime carpis,
 Illæſum lingua nec ſinis ire tua?
Cur fratri invideas, meruit ſi carmine laudem?
 Si pœnam; fratri parcere, fratris erat.

53. *Cornutus.*

Conjugis ob furtiva negotia cur ego plector?
Corniger à populo prætereunte vocor?
Et digitis monſtror? Nam quæ non fecimus ipſi
(At vos neſcio qui) vix ea noſtra voco.

54. *In Philautum.*

Dilige vicinum, veluti te diligis ipſum,
Sic, inquis, facio; Proximus ipſe mihi.

55. *Audaces Fortuna juvat.*

Foemina Fortunæ ſimilis formoſa videtur;
Non amat ignavos illa, nec illa viros.

56. *Amor cœcus.*

Tardior in longos Amor eſt durabilis annos:
Lenta magis durant quam violenta diu.
Ut paritura canis, cupidus feſtinat Amator:
Unde fit, ut catulus ſit quaſi cæcus, Amor.

Amor non cæcus.

57. *Ad Firmicum.*

Non amor ut fovea eſt: in amorem pronus es Arge,
Tu magis; in foſſam, tu Polypheme, magis.
Gignitur ex viſu: non ergo, Firmice, cæcus
Naſcitur; ex oculo cum generetur amor.

58. *Ad Quintum Aulicum.*

Eſt oculus tibi, Quinte, unus? metuendus Ulyſſes:
Centum oculi vigiles ſunt tibi? Mercurius.

59. *Epitaphium Juſtitiæ.*

Ex quo Cœleſtum terras Aſtræa reliquit
Ultima, ſignifero legit in orbe locum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Templum Juſtitiæ, legumque evertimus aras;
Scitque fere ſolus Jus dare cuique coquus.

A vvrit of *Latitat.*

60. *In Marcum Epicureum.*

PRudenrer latitas ſi te latuiſſe lateret;
Marce: ſed hoc ipſum te latitare, patet.

61. *Collegium Jeſu & Collegium Ædis Chriſti Oxoniæ, ſola nondum perſecta.*

IMperfecta tibi domus una ſacratur Jeſu;
Ex non perfectis altera, Chriſte tibi.
Inter honoratos Sanctos Sanctaſque tot, hæc ſunt
Paupertatis adhuc ſigna notanda tuæ.

62. *Fides mercatoria.*

SOlvit inops diti Crœſo quod debuit Irus.
Pauperis eſt major divitis anne fides?

Triſtes ante omnia Muſæ.

63. *Ad D. Elizæum VVin, cognatum ſuum.*

OLim intonſus erat, ſed nunc tondetur Apollo;
Vix in toto anno ridet Apollo ſemel.
Fallitur (ô) quicumque Camœnas dixit amœnas:
Phœbi delira eſt nunc lyra; manca manus.

64. *Incredulitas.*

CRedulitas error potius quam culpa videtur.
Eſt error nimium credere, culpa parum.

65. *Crudelitas.*

QUi cuivis quidvis credis, male creditur illi:
Quo credis mihi plus, hoc tibi credo minus.

Obſequium Fidei.

66. *Ad quendam juvenem.*

SEptennis taciturna, fides qua prima docetur;
Diſciplina mihi Pythagorea placet.
Vis tibi inexperti credant? tu crede peritis;
Viſne tibi gnatum credere? crede patri.

67. *Præſtat dare quam accipere.*

ACcipere humanum eſt; inopi donare Deorũ;
Numquam tam paucos credo fuiſſe Deos.

68. *In Ponticum clientem.*

POntice, Cauſidico nil porrigis, iſta chiragra eſt,
Ille pedem pro te non movet, hæc prodagra eſt.

Ego & Rex meus.

69. *Th. VVolſei Cardinalis.*

DIcere Grammatices ratio permittit, Ego & Rex.
Ethica te jubet ars dicere, Rex & Ego.
Hæc eſt nimirum vivendi ars, illa loquendi:
Principis hæc Aulæ ſerviat, illa Scholæ.

70. *Ad Gallos.*

QUiſque ſuo bibit in vitro: mos utilis hic eſt,
Ex quo contentus conjuge nemo ſua eſt.

Philautus Philariſto.

71. *Calend. Januar. 1607.*

EXpectas, Philariſte, tibi dum munera mittam?
Nil habeo quod dem, me tibi præter, ego.

72. *Philariſtus Philauto.*

QUod mihi miſiſti, nihil eſt, nihil ergo
remitto :
Te mihi donaſti, Te tibi reddo. Vale.

73. *Ad D. Henricum Fanshavv Equitem ;*
Litteratorum fautorem.

AUguſti imperium tibi ſi fortuna dediſſet ;
Aut Mæcenatis ſuppeditaſſet opes :
Vidiſſent multos hæc ſæcula noſtra Marones :
Nullus Mœcenas, nullus in orbe Maro.

74. *Ad. D. Henricum Goodyer Equitem, optima,*
conjuge orbatum. 1606.

IMperitate viros, parere & parere maritas,
Uult Natura : Uxor fecit utrumque tua.
Paruit & peperit dulces, pia pignora, natos ;
Suſtentant magnas quæ duo fulcra domos.
O ter felicem, quater ô Goodyere beatum.
Si bona tam ſequitur, quam bona prima fuit.

75. *Ulyßes & Penelope.*

MOrs nobis, velut uxori ſurepſit Ulyſſes ;
Vivimus, ut telam texuit illa ſuam.

76. *In Mancinum, inertem Magiſtrum.*

QUi totum ſine fine diem per compita curris;
Ut tamen in ſtudiis per-videare vigil,
Accenſa de nocte ſoles dormire lucerna :
Vis, Mancine, Oleum perdere, non Operam;

77. *In Gelliam.*

DIſſimiles licet inter ſe tibi ſint duo nati,
Eſt ſimilis patri natus uterque ſuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Sagittarius Cœleſtis.

78. *Ad Cognatum ſuum Guiliel. Ravenſcrofs, Juriſconſultum.*

CErta Sagitta Fides, Nervus tibi Spes, Amor Arcus,
Sitque tibi Cœlum Meta, Scopuſq; Deus.

Omne grave tendit deorſum.

79. *Ad amicum ſuum D. Carolum Rives Theol. Doctorem.*

IN mundo, quo non animal ſublimius ullum,
Infima cur homini terra terenda datur?
Eſt elementorum rerumque graviſſima Tellus;
Peccato gravius nec reperitur onus.
Quid mirum eſt hominum ferri genus ergo deorſum?
Præter peccatum nil prope cum ſit homo.

80. *In litigioſum debitorem.*

QUæ tua nequitia eſt, quod debes, non mihi ſolvis:
Solvis Cauſidico: quæ tua ſtultitia eſt.

81. *In eundem.*

SOllicitum te cura tenet, non quomodo ſolvas:
Quomodo uon ſolvas: maxima cura tua eſt.

Eccleſiæ Derivativæ.

82. *Ad amicum ſuum R. F.*

SIt licet una fides, licet una Eccleſia vera,
Fontibus è vivis orta perennis aquæ;
A Primitiva quæ non ſe Eccleſia ſolam
Derivat, fontem diſſimulatque ſuum.

3. *Quatuor maria.*

TRinacriæ ſimilis, Britonumq; triangula tellus,
Cur quatuor numeras æquora, Regna tria?

4. *Ad amicum divitem*

SI quantum valeat res quœque carendo ſciatur,
Quid valeant nummi divitiæque ſcio.

5. *Generatio unius eſt corrupiio duorum.*

UT generent unam confuſo ſemine prolem,
Corpora corrumpunt vir mulierque duo.

6. *Annulus nuptialis.*

ANnulus ut ſponſæ ſpondente ab amante daretur
Moris erat, vetus hoc pignus amoris erat.
Annulus à ſponſa potius pro pignore ſponſo
Donetur; digitum porrigat ille ſuum.

7. *De Mundis Democriti.*

SI quot Democritus mundos ait eſſe, tot eſſent;
Innumerabilium peſſimus iſte foret.

De Epigrammatis.

88. *Ad Lectorem faſtidioſum.*

ESt tanquam mulier formoſa, epigramma, jocuſque,
Quæ communis eo fit, quia pulchra fuit.
Communis jam facta ſemel; formoſa videri
Definis, & mœchis tædia mille parit.

Terra.

89. *Ad cognatum ſuum, D. Audoënum Gwyn, Theologum.*

USque licet cœlum moveatur, conſtat: eodem
Semper enim motu ſe ſine fine movet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Terra ſtet uſq; licet, nihil inconſtantius illa eſt;
Terrarum errores Angulus omnis habet.

90. *Luna.*

TE maris appellant undoſi, Cynthia ſtellam:
Nunc terram potius, quam mare luna regit.

Avara liberalitas.

91. *In Acerram.*

DOnat, ut accipiat, non accipit, ut det, Acerra:
Accipere, eſt ilii meta, ſagitta, dare.

92. *In Paulam Pſeudo-Catholicam.*

PAula, tua ſi quis de religione requirat,
Nil niſi Apoſtolicum Catholicumque crepas.
Catholicum in cunctos, fateor, profiteris amorem,
In te Catholicam, Paula, requiro fidem.

93. *Prodigium.*

PEnelopea fides inter proverbia quondam,
Nunc in prodigiis poſſit habere locum.

94. *In Annetam, Francam.*

NAtura eſt paucis contenta, Anneta: ſed hoc de
Natura dictum non reor eſſe tua.

95 *Ad Marcum militem luſcum & lippum.*

EX oculis ſupereſt unus tibi, Marce duobus,
Perpetuo faciem qui tibi rore rigat.
Cur tibi qui ſupereſt mœſtus lacrymatur ocellus?
In bello fratrem perdidit ille ſuum.

Pax in Europa.

96. *Ad Theologos.*

REges belligerant: faciunt & fœdera reges,
Eſt aliquid ſera denique pace frui.
Presbyteri certant atque immortalia nectunt
Jurgia: litigiis non poſuere modum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Unde venenatæ levis inclementia linguæ,
Et quam ſit calamus ſævior enſe, patet.

97. *Ad Carolinam.*

IN ſpeculo vultum quoties oculoſque tueris,
Si forte elatam te tua forma facit,
Splendida ſed fragilis, pulchra at peritura; memento,
Quæ ſpeculo ſimilis ſis, Carolina, tuo.

Floralia.

98. *Ad amicum ſuum, D. Joan. Tovey, Theologum.*

UT Cato in obſcœnam ſcenam, ſed ut exeat, intrat:
Ingreditur nundum ſic, abiturus homo:
Nec rediturus in hunc, bene ſeu male geſſerit, orbem;
Fertur ut in ſcenam non rediiſſe Cato.

99. *Epitaphium Hominis.*

Quis jacet hic? nemo: vacuum ſine nomine corpus
Hic jacet: ex ſolo corpore non fit Homo.

Horizon Animæ.

100. *Ad amicum ſuum, D. Benjamin Heydem, Decanum VVellenſem.*

SUmma elementa duo non cernimus, Aëra & Ignem:
Terram Undamque oculo cernimus, ima duo.
Sic, quid ſint homines, quid bruta animantia, ſcimus,
Neſcimus quid ſint Angelus atque Deus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

101. *Eclipſis Animæ.*

UT Solem Tellus Lunamque ſtat inter opacam,
Stat peccatum inter mequeDeumque meum.

102. *Mercatores.*

EXtat apud lepidum Mercator Fabula Plautum,
Pſeudolus huic aptum proxima nomen habet.

103. *Imaginum cultores.*

MAgnates quicunque colunt, idolon adorant;
Cum ſit imago Dei vir; mulierque viri.

104. *Eraſmi Deſiderium.*

NUnc Deſiderium deſiderat orbis Eraſmum;
Cui ſoli licuit ſcribere, quod libuit.

105. *Neuter.*

POmpejanus ero, ſi vicerit omnia Magnus;
Omnia ſi Cæſar, Cæſarianus ero.

Scandalum Magnatum.

106. *Ad Servos Servorum.*

HÆc dicit Dominus: Servum volo quemque fidelem
Eſſe meum ſemper: quomodo? dando nihil.
Sta, vigila, ito, venito: fideliter omnia poſtquam
Præſtiteris Domino, Servus inutilis es.

107. *Mars & Venus.*

SE Venus & Mavors communicat omnibus æque;
Hoſtis communis Mars & amica Venus.

108. *Februarius.*

ES ſimilis matri tu, de tot fratribus unus;
Sunt tibi viginti ſcilicet octo dies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

19. *Ad D. Edvvardum Iones, amicum ſuum.*

TE tua (virtutis pictura) modeſtia laudat;
Laudarem ingenium, ſi paterere tuum.
Iſa, Edoarde, tui laudenda modeſtia vultus
Te facit ut laudem, quam mereare, minus.

Quadratura Circuli.

20. *Ad Joſeph. Scaligerum.*

QUadratura quid eſt Circi? diviſio mundi
Quatuor in partes, qui prius unus erat.

An Unitas Arithmetica reſpondeat Puncto Geometrico!

21. *Ad D. Joſiam Bodley, Equitem.*

PLus Deus immenſus Puncto es, non plus tamen Uno.
A Puncto quantum differat, ecce, Monos.

22. ## From the VVombe, tho the Tombe.

NAſcitur in certam miſerandus homuncio mortem:
Ut Macer in campo bos, ut edatur, edit.

23. *Ad Jacobum Regem.*

O Quanta exempli generoſo in Principe vis eſt!
Tu vitando vetas, tu faciendo jubes.
Princeps principium motus: Rex regula vitæ:
Circumfert cœlum ſidera, Rex populum.

Caput & Corpus.

24. *Ad eundem.*

IN capite eſt ratio & rationis quinque miniſtri:
Divinum in reliquo corpore pene nihil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Rumor de morte Regis Francorum.

115. *Ad Regem Francorum 1606.*

QUod Reges audire timent, ac dicere ſervi;
Ipſa tibi dicit Fama; memento mori.

116. *Lux.*

SIt Corpus quamvis, oculo non cernitur, Aër;
Lux Corpus non eſt, cernitur illa tamen.

117. *Unus Deus, multi amici.*

QUanquam nemo poteſt dominis ſervire duobus:
Patronas uni quid vetat eſſe duas?
Quærere non prohibet multos Deus unus amicos;
Ut multas ædes non vetat una fides.

118. *Donna, Danno.*

AMiſit coſtam, cauſa mulieris, Adamus;
Uxoris cauſa, perdidit ipſam animam.

119. VVomens Tire.

HOc magis eſt inſtar tecti, quam tegminis: hoc non
Ornare eſt, hoc eſt ædificare caput.

120. *Omnia, nihil.*

OMnia de nihilo qui fecit, is omnia ſolus:
Quod Deus ex nihilo fecit, id omne nihil.

Eccleſiæ Orient. & Occident.

121. *Ad D. Georgium Rives.*
Theol. Doctorem doctiſſ.
prudentiſſ. virum.

FLoret dextra fides in mundi parte ſiniſtra:
In mundi dextra parte, ſiniſtra fides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Ira. patientia.

122. *Ad amicum ſuum I. Thorium.*

EXcitat ira hebetem, motam patientia mentem
Sedat; ut unda ignem temperat, ignis aquam.

123. *Ruina cœli & terræ.*

HAc nihil inferius cum ſit, nihil altius illo;
Tellus quod, cœlum non habet unde cadat.

124. *Ad D. Henr. Hovvard Comitem Northamtoniæ.*

FIlius es Comitis, Comitum patruuſque duorum:
Unus erat tibi Dux frater, avique duo.
Tu Comes es: tibi nemo datos miretur honores,
Cui fortuna comes, dux fuit ingenium.

125. *Ad Pontiam.*

TE fugio, vitoque tuos, mea vulnera, vultus,
Pontia, non quia te non amo, ſed quod amo.

126. *Ad Polycarpum, Equitem Errantem.*

UNus erat vetitus Paradiſi fructus Adamo:
Lex illum reliquos tangere nulla vetat.
Cui tot præterea fuerat data copia, ab uno
Miror eum cupidas non tenuiſſe manus.
Tu contra, excepta, prohiberis ab omnibus, una
Arbore: te reliquas tangere jura vetant.
Mirandus minus ergo tuus, quam lapſus Adami,
Cui data libertas, quam tibi, major erat.

127. *Ad Lectorem.*

OMnia falſa ſitim pariunt potoribus: ô ſi
Lectori pariant carmina noſtra ſitim!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

128. *Ad amicum conjugatum.*

IMperet ipſa nihil, quidvis tamen impetret uxor;
Utere nec ſerva conjuge, nec domina.

129. *In Ponticum.*

POntice, Comœdus vivis? moriere Tragœdus;
Diſſimilis vitæ mors erit illa tuæ.

130. *In quendam ſacerdotem maritum.*

LEvita patre natus eras, Levitaque factus;
De que Tribu conjux eſt tibi ſumta Levi.

131. *In Anabaptiſtas, & hujuſmodi farinæ fratres.*

OMnia diruitis, nihil ædificatis in orbe!
Zelus hic, an ſcelus eſt? fervor hic an furor eſt?
Spiritus ac veſtris etiam prætenditur auſis:
Qualis at hic veſter Spiritus eſt? * Abadon.

* *Apoc. c. 9. v. 11.*

132. *In Cottam.*

COndidit ex nihilo Deus unicus omnia: Contra
Tu facis ex toto, Cotta Chymiſta, nihil.

133. *D. Thomas Egerton Cancellarius Angliæ, & Franciſcus Leig ejuſdem gener.*

SI quis virtuti vere favet, & fovet artes,
Certatim hoc faciunt hic gener, ille ſocer;
Egertonus amat Muſas, amat & Leus illas;
Noluit à ſocero degener eſſe gener.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Conſubſtantiatio.

134. *Ad eundem D. Franciſcum Leigh & D. Mariam ejus uxorem amantiſſimos Conjuges.*

NOn eadem eſt vobis anima, at mens una duobus:
Unum non eſtis corpus, at una caro.
Nomine diverſi vir & uxor, re tamen unum:
Diverſi ſexus eſtis, at unus homo.

135. *Funebres Conciones.*

LÆdimus inſontes vivos, laudamus eoſdem
Defunctos, ô mors candida, vita nigra?

136. Paules Croſſe, and the * Croſſe in Cheape.

** E regione templi. D. Petri.*

AUrea cur Petro poſita eſt crux, plumbea Paulo?
Paulinam decorant Aurea verba crucem.

137. *Amoris chronicon.*

TEmporis ut minimi momentum creſcit in horam
Et brevis in longam ducitur hora diem,
Multiplicata dies in menſem, menſis in annum;
Sic creſcente meus tempore creſcit Amor.

138. *Gemini.*

DIſſimile in nobis nihil eſt, paria omnia; ſolo
Differimus numero; nos duo namque ſumus.

Amici.

NOs vix diſtamus numero, duo nos ſumus unum:
Vos eſtis Gemini corpore, nos animo.

De Arte amandi.

139. *Ad amicum ſuum. I. O. B.*

NAſonis quamvis teneram, perlegerit Artem,
Neſcit inexpertus dicere, quid ſit Amor,
Natura non arte docetur; ſcilicet, in cor
Ex oculis, non ex auribus, intrat amor.

140. *Seneca Philoſophus.*

PEne tuæ dici poſſunt Epigrammata Gnomæ,
Præterquam numeris quod tua dicta carent.

141. *Ad D. Hen. Neville, Domini de Abergevenny filium hæredem.*

FAllor? an in menſa memini te dicere nuper,
Sit tua quod ſapido lingua inimica ſali?
Manducare ſalem tibi nil opus, Henrice; quare?
Omne fere, loquitur quod tua lingua, ſal eſt.

Vita Philippi Sidney.

142. *Ad ejuſdem fratrem, D. Robertum Sidney, vice-Comitem de Liſle.*

QUi dignos ipſi vita ſcripſere libellos,
Illorum vitam ſcribere non opus eſt.
Sidneii in tumulo eſt corpus, non vita, Philippi;
Producit vitam gloria longa brevem.

143. *Corpus diſcedentem Animam alloquitur.*

TEllurem, te propter ego, matremque reliqui;
Anima.
Stulta, Deum Patrem, te quoque propter, ego.
Ad Patrem redeo ergo meum, qui me vocat ad ſe
In cœlum, matri teque relinquo tuæ.
Donec (in inſtanti cum conveniemur in unum)
Terra mihi reddat te, tibi meque Deus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Regnum diviſum.

144. *Ad D. Georgium Rives, Theologiæ Doctorem doctiſſimum & prudentiſſimum virum.*

ORci & Cœlorum regna indiviſa, malignus
Nemo habitat cœlum, Tartara nemo bonus:
Pro pudor! in ſola regnat diviſio terra,
Terra, ubi multimodis ſunt bona miſta malis.
Ergo dies veniet, cum Terra jacebit inanis:
At cœlum plenum, plenus & Orcus erit.

145. *Aquæ calidæ.*

EXpreſſæ tacitum lacrymæ teſtantur amorem;
Gignit amor lacrymas: quis putet? ignis aquas.

De ingenio & memoria.

146. *In Ponticum.*

QUæritur, ingenium quare dicatur acumen?
Interitus penetrat quicquid, acumen habet.
Officium Mnemes non eſt penetrare, tenere eſt;
Hinc fieri vulgo vaſa rotunda vides.
Unde vel ingenium tibi ſuſpicor eſſe rotundum
Pontice, vel * Mneme quod ſit acuta tibi.

* *Memoria.*

Solatium Pauperum.

147. *Ad amicum divitem.*

INconſtans fortuna breves mutatur in horas:
Naſcitur inde mihi ſpes, metus unde tibi.

148. *De Titio & Gellia.*

OBjectum eſt Titio, ſua quod gravidata fuiſſet
Uxor, apud patrem Gellia Sempronium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Cui Titius; peperit cum Gellia noſtra, quid ad me?
Filia Sempronii, non mea nupta fuit.

149. *Cor.*

CUr non in dextra potius quam parte ſiniſtra
Ponitur humanum cor? quia læva ſapit.

Caro & Spiritus.

150. *Ad amicum ſuum D. Robertum Nevvman Doctorem Theologiæ.*

COrpus primo, animam facta jam carne creavit,
Cætera feciſſet cum facienda Deus.
Follor? an hinc parere animabus inertia nolunt
Corpora, ſint animis quod ſeniora ſuis?

151. *Proto-Martyres, Innocentes.*

PRo Chriſto pueri ſunt paſſi extrema; priuſquam
Chriſtus pro pueris ultima paſſus erat.

152. *Ad amicum ſuum, D. Joannem Hoskins Juriſconſultum.*

CLaudit, amicitiam numerus plerumque Dualis:
Vix in Pluralem multiplicatur amor.

153. *Ad amicum ſeneſcentem.*

TU nuper juvenis fueras, ego dum puer eſſem;
Quæ me nunc juvenem, te videt hora ſenem.
Expectat mors ergo brevi te, meque ſenectus;
Sors incerta licet ſit mea, certa tua eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

4. *In A. G.*

NOmen habes hominis faciemque, animalis acumen;
In Specie ſtultus, doctus at in Genere.

Harmonia.

5. *Ad Theologos.*

HArmonias varii ſcripſere Evangeliorum;
Harmoniarum quis? non minor iſte labor.

6. *Diſſonantia.*

TAnta per humanas repſit contentio mentes,
Ut quid pax animæ ſit, prope nemo ſciat.
le nimis Baſſum premit, hic nimis elevat Altum;
Ut vix auditus ſit Tenor, aut Medius.

7. *Ad Pontilianum.*

ZElotypus conjux es, Pontiliane? ſapiſti,
Zelotypus non es, Pontiliane? ſapis.
ruſtra obſervatur conjux, ea ſola maritum.
Quæ (quamvis poſſit) fallere nolit, amat.

58. *In Porciam.*

FIlia ſis dubito Tenebrarum, an filia Lucis;
Nam genita es noctu, Porcia, nata diu.

Epitome Hiſtoriarum ſui temporis.

59. *Ad Marianum.*

PEjores patribus ſumus, ut majoribus illi;
In vitium faciles nam, Mariane, ſumus.
Natio ſi nobis fuerit quoque poſtera pejor;
Pejus erit noſtra poſteritate nihil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Londinum.

160. *Ad cognatum ſuum D. Joannem VVilliams Aurificem Londinenſem.*

IMbibit ut fontes Tameſis fluvioſque minores
Oppida Londinum pauperiora vorat.
Perpetuo quanquam Tameſis petit æquora fluxu
Londini conſtans urbis amicus hic eſt.

Debitor & Creditor.

161. *Ad amicum ſuum, D. Guillelmum Cavvley, Mercatorem Londinenſem.*

SInt noſtro licet in libro tua nomina: tu ſcis
Me nullum in libris nomen habere tuis.
Nil equidem tibi præter amorem debeo: ſemper
Debitor atque idem Creditor hujus ero.

162. *Moriones & Nani.*

NOs, quanquam vitio ſumus haud virtute notati,
Magnatum luſus deliciæque ſumus.

163. *Ad Pontilianum.*

SEmper ſollicitus fuit Irus: cur? quia pauper:
Nec tu Crœſe minus: cur? quia dives eras.
Uxorem quod non habeat, cruciatur Alanus:
Uxorem quod habes, Pontiliane, doles.

Unio.

164. *Ad Britannos conjuges.*

SErvat ab interitu Deus unus, & unio mundum:
Conjugium in terris unio prima fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

165. *Bellum Elementare.*

Condiderit quamvis hominum Deus omnia cauſa,
Bella tamen contra nos Elementa gerunt.
Quam multas aër animas demiſit in orcum
Peſtifer, ac letho res hominesque dedit?
Quam prope Trojanum Londini ſenſimus ignem?
Incipit & fructus terra negare parens.
Fit melior nemo, cælum noctesque dieſque
Cum fleat, ac tellus crimina noſtra luat:
Terra licet madidis molleſcat ab imbribus, haud ſit
Mollius Anglorum, quam fuit ante, genus.

Epithalamium.

166. *Ad Tulliam.*

Objectum noſtri, dum lux eſt, Tullia, viſus:
Subjectum, cum nox venit, Amoris eris.

167. *In Sextum Academicum.*

Ut tibi ſternendi poſſis meminiſſe ſepulcri;
Te lectum perhibent ſternere, Sexte, tuum.
Ut poſſis etiam memorare noviſſima mortis,
Cur non in ſomnum ſæpius ergo ruis?

168. *Ad Amatam.*

Te mihi notam amo nunc, ignotam nuper amabam:
Fama prius cepit me tua; forma capit.
Jam ſcio quid ſit amor; amo quamvis non amer; imò
Jam ſcio quid ſit amo, neſcio quid ſit amor.

169. *Un Cadet*, A jounger brother.

Sum pauper? non culpa mea eſt, ſed culpa parentum;
Qui me fratre meo non genuere prius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Firmamentum.

170. *Ad amicum, D. Michaëlem Heyden.*

TErra ſtat; in tellure animantia ſtantę moventur:
Aſtra ſed in cœlo fixa movente manent.

171. *B. Virgo.*

VIrgo Beata licet communi voce voceris,
In mulieribus es tu Benedicta magis.
Nil mihi prodeſſes, ſi tantum Virgo fuiſſes.
Quantum at profueras, ô, quia Mater eras?

172. *Spes & Fides.*

NUlla foret, niſi certa Fides foret, unaquę ſemper;
At ſi certa foret Spes mea, nulla foret.

Novatiſmus.

Nevv factions and faſ hions.

173. *Ad amicum ſuum, D. Guillelmum Prytherchium I. V. Doctorem & Theologum.*

MUlta renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque
Dogmata, quæ ſummo nunc in honore vigent.
Quæ nova ſunt, hodieque placent, non uſque placebunt.
Cur ita? quæ nova ſunt, non nova ſemper erunt.

174. *Speculum Marci.*

SEmper adeſt quare tibi morio, Marce? tuam iſto
Sulcitiam in fatuo cernis, ut in ſpeculo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

175. *Ad Uxorium.*

SÆpæ quieſcit ager, non ſemper arandus: at uxor
Eſt ager, aſſiduo vult tamen illa coli.

176. *Ad amicum ſuum I. O. E.*

PRæteritis-pluſquam-perfectis quattuor annis
In te radices acrius egit amor.
Fruſtra igitur transferre tuum conaris amorem;
Arbor adulta amor eſt, non nova planta, tuus.

177. *In Porphyrium.*

FLeſſe bis, at nunquam legitur riſiſſe Redemtor;
Cur hominis proprium riſibile ergo vocas?

178. *Ad Pontilianum.*

UT cæcus, puero duce, vel muliere, per urbem
Ducitur, ignotas itque reditque vias,
Ducit amatorem ſinuoſa per avia cæcum.
Te Venus aut Veneris, Pontiliane, puer.

Amor omni exceptione major.

179. *Ad amicum quendam.*

CAuſa recens veterem licet interpellet amorem,
Simque licet, dicta non niſi lege, Tuus:
In te nulla meo eſt exceptio major amore,
Excepto, ſi me non, ut ameris amas.

180. *In Ponticum ſexagenarium.*

QUi dum vixiſti, nulli benefeceris unquam,
Incipies fieri, Pontice, quando pius?
Omnia pauperibus dicis, poſt fata relinquam:
Qui poſt fata ſapit, Pontice, ſero ſapit.

181. *In Nigellam Candidatam.*

RAra avis in terris, alboque ſimillima cygno es:
Eſt tibi veſtis enim candida, nigra caro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

182. *Le Carnaval de la vie.*

MEns immortalis mortem cur corporis horret ?
An cum carne timet ſe moriente mori ?
An ſibi jam reſtare nihil poſt funera, præter
Supplicium longum, judiciumque breve ?
Suſpicio facit hæc mentes in morte trementes;
Nec mœſtum carni dicere poſſe Vale.

183. *Quintinæ laus.*

SI te laudarem, Quintina, ſuperbior eſſes;
Te laudare equidem nolo, ſuperba ſat es.

184. *Filius Terræ.*

COelum ad nos ſpectat, cœlum ſpectemus oportet:
Nam Deus aſtra dedit cœlo, oculoſque tibi.
Vix tibi pars teretis terræ millena videtur:
Cœlum dimidia cernere parte licet.
Cur igitur cœlo terram, ſtultiſſime, præfers ?
Ut mos eſt, matrem plus patre forſan amas.

185. *Species infima.*

SIt licet humanum genus inter cætera ſummum;
Jure tamen ſpecies infima dictus homo
In cœlo minima eſt hominum pars, maxima in Orco:
Humanum infelix quis neget ergo genus ?

186 **De Invidiâ.**

paradoxon.

SI plus virtutis foret, invidiæ minus eſſet;
Quo virtutis enim plus, vitii minus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Jacobus. * Sextus Scotiæ, * Primus Britanniæ Rex; Bonum omen.

187. *Ad Britanniam.*

SÆpe quod optatum, ſperatum vix fuit olim,
Accidit hoc inter ſpemque merumque tibi.
Lucroſus cecidit tibi * Senio & * Unio jactus:
Fauſtaque fortunæ eſt alea jacta tuæ.
* *Sice Ace*, the beſt chance of the Dice.

Cor unum, via una.

188. *Ad Jacobum Primum, Regem Britanniæ Magnæ, &c.*

BIs manibus duo ſceptra geris; linguaſque loquuntur
Quatuor imperii ſub ditione tui.
Lingua Britannorum quamvis non una, cor unum eſt,
Unio Regnorum ſit modo facta trium:
Primus in orbe hominum diviſit pectora Dæmon;
Diviſit linguas primus in orbe Deus.

189. † *Reges & Prophetæ.*

REx extra patriam, vel maximus, haud habet ullum
Imperium: in patria nemo Propheta fidem.

Virtus.

190. *Ad illuſtriſſ. D. Henricum Davers Baronem à Danteſay.*

VIrtutem Genii duo ſemper in orbe ſequuntur;
Hic bonus, ille malus; Gloria & Invidia.

191. *Invidia.*

LIvor edax hominum vivorum encomia carpit,
Ut defunctorum corpora vermis edit.

192. *In Battum.*

PAuca tibi ſemper reſpondeo multa roganti ;
Non quia multa rogas, ſed quia ſtulta rogas.

193. *Somnus, Mors.*

IN ſomnis quanquam ſimulo pro tempore mortem ,
Non eſt pars vitæ dulcior ulla meæ.
Permirum eſt in morte igitur , quid tam ſit amarum ,
Tam dulcis cum ſit mortis imago, ſopor.

194. *Curia facultatum.*

JUriſconſultum dignantur adire Clientes ;
Cur , niſi divitias quod bona ſumma putant ?
Accerſit Medicum , cum lecto affigitur , æger :
Corporis eſt hominum cura ſecunda ſalus.
Theiologus , quem primum accerſere debuit ægro
Ultimus , & quanquam nemo vocavit , adeſt.

195. *Patientia amatoria.*

VIs voto potiaris amans ? patiaris : oportet ,
Si vis in dulci vivere pace , pati.

196. *In quendam Grammaticaſtrum.*

GRammaticus bonus es , nil præter grammata noſti ;
Scis præter literas nil ; literatus homo es.

197. *Ad quandamglorioſam.*

UXori ſimilis Menelai ſis , vel Ulyſſis ,
Si cupis à ſera poſteritate coli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Vivit enim vitium poſt funera, non modo virtus;
Vivit adhuc Helene, non modo Penelope.

198. *In Aulum.*

VEriloqui fatui dicenda tacenda loquuntur:
At quia prudentes plura tacenda vident;
Servorum ingeniis nihil audens credere, ſemper
Circum ſe fatuos quattuor Aulus habet.

Aurum ex ſtercore.

199. *Ad amicum ſuum D. Dominum. Tr. Medicum.*

AUrum Virgilius de ſtercore colligit Enni:
Fecit Virgilius, quod facit & Medicus.

200. *Secretum amoris.*

RArus amatur amans: ut ameris, amabilis eſto
Omnibus: à nulla vis ut ameris? ama.

Mon tout.

201. *Ad Marciam Franco-Gallam.*

OMne tuum me ſæpe vocas; at, Marcia, falſo:
Omne tuum non ſum; ſum tuus omnis ego.

202. *De Quinto & Oro.*

PApiſtam Quintus nuper ſe reddidit; & ſe
Denique Papiſtam jam profitetur Orus.
At quam diverſis victi rationibus? illi,
Hac ætate fides; huic, novitate placet.

203. *Filum Ariadnes.*

RExit ut errantis Theſei veſtigia filum.
Virginis; humanum ſic genus una fides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De Teſtamentis & Votis.

204. *Ad D. Henricum Martin. Doctorem V. I. Prudentiſſimum.*

IN Teſtamentis ſemper poſtrema voluntas
Obtinet : in votis , ſi bona , prima valent.
Omnipotens , uno cum fecerit omnia voto ,
Teſtamenta Deus condidit ipſe duo.

205. *Ad amicum avarum.*

SOlus habet quod avarus habet ; nil donat amico ,
Nil ſibi dat ; ſolus non habet hoc, quod habet.

206. *Ad Ponticum I. C.*

UXori partem vivis , partemque clienti
Ætatis , vives , Pontice , quando tibi ?

De Prædicatoribus & Hiſtrionibus.

207. *Ad D. Ed. Hobby , Equitem doctiſſimum.*

PRæco Heracliti partes agit , omnia flentis ;
Ridentis partes Hiſtrio Democriti.
Huic videor ſtultiſſimus eſſe , miſerrimus illi ;
Hic numerat culpas , ponderat ille meas.

208. Chriſtmaſſe and Midſommer.

VEnit Joannes æſtivo tempore ; Chriſtus
Brumali ; hic ignem prædicat, alter aquam.
Quam bene conveniunt contraria flumina * flammis ;
Ignis peccatum purgat , & unda lavat.

** Duo Baptiſmi , Johannis & Chriſti.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

209. *Nemo læditur niſi à ſeipſo.*

CRiminis eſt nemo, nemo diſcriminis expers:
Nos in diſcrimen crimina nempe vocant.

In quendam maledicum.

210. A balling Aſſe.

NOn ego te quemvis aſinum voco, Mome; ſed illum,
Cujus erat ſeſſor Pſeudo-Propheta Balam;
Non illum, Solymam Dominum qui vexit in urbem:
Mutus hic & mitis nam fuit; ille loquax.

211. De ſuis Hæredibus

Ad Juriſconſultos.

NEmo ſua certus de conjuge, præter Adamum;
Deque ſuo nemo conjuge, præter Evam.
Conjugibus, miſero præſertim (in amore) marito,
Solari ſupereſt quid, niſi ſola fides?

212. A hollovv tooth.

INjectum flammis, me non abſumeret ignis;
Sæpe cadentis aquæ parvula gutta cavat.

Virtutis Laus.

213. *Ad D. Thomam Puckering ſummæ ſpei adoleſcentem.*

SOlis ut, in ſolo motu, conſtantia conſtat;
Conſtans virtutis vis in agendo ſita eſt.

214. *Æſopi linguæ.*

HUmano membrum non eſt in corpore lingua
Nobiliuſve bona, mobiliuſve mala.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

215. *Ad pueros collegii VVintonienſis VVichamici.*

NOn ſum quod fueram ; feſtivus eram puer olim ;
Feſtorum valde nam ſtudioſus eram.

Sapientia duce, comite Fortuna.

216. *In Ancum.*

QUod male conſultum, cecidit feliciter : Ancus
Arguitur ſapiens, qui modo ſtultus erat.
Quod prudenter erat proviſum, ſi male vertat,
Ipſe Cato (populo judice) ſtultus erit.

217. *Dolor.*

SOla dolenda reor præſentia damna, dolemus
Præterita heu nimium ſero, futura cito.

218. *Viciſſitudo.*

GAudia poſt luctus veniunt, poſt gaudia luctus
Semper in ambiguo (ſpeve metuve) ſumus.

219. *Ad Germanicum.*

AUxit amicorum numerum tibi Porcia conjux,
Fertilitas hæc eſt conjugis una tuæ.
Hæc eſt conjugii, Germanice, maxima virtus;
Gignit amicitias uxor Amica novas.

Nequitia armata.

220. *In Linum.*

UT bona vina bonum faciunt (ut fetur) acetum ;
Ingenioſior es quo, Line, pejor eo es.

221. *Opiniaſter.*

HEu quantum in terris dominatur opinio! verũ
Me neſcire putas & dubitare vetas.
Qui dubitat, non errat; adhuc in utrumque paratus;
Error opinando, non dubitando venit.

222. *Alma mater Academia Oxonia.*

TU noſtri mater, mater Natura, cerebri;
Dura ſed illa fuit; tu Pia mater eras.

223. *Poëta.*

MÆcenas non verba dabat, ſed præmia doctis.

Magnas.

Quid dare mi, præter verba, Poëta poteſt?

224. *Homo homini Deus.*

ESt homo, qui locuples inopi nil donat amico,
Qui rapit, hic lupus eſt; qui dabit, ille Deus.

225. *Homerus.*

SI vera eſt de te quæ fertur fabula, nunquam
Vidiſti lucem, ſed tua ſcripta vident.

226. The ghoſtly fathers.

INtegra Cauſidico narranda eſt cauſa perito;
Et medico morbus, crimina Theiologo.
Qui vis fortunas, animam, corpuſque tueri,
His tribus in vita diſſimulato nihil.

227. *Ad D. C. G.*

TE podagra & prodagræ peſtis contraria vexant,
Currere te, conjux, ſtare prodagra facit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

228. *Ubiquetarii.*

TOta patet tellus inopi quacumque vagatur,
Pauper in exilio eſt nullibi; ubique domi.

229. *Amantes.*

ESt amor in nobis, in lignis ut latet ignis;
Ignis uti lignum, nos levis urit amor.
Ligna ſed in cineres vaneſcunt; ignis in auras:
Nos cinis; & noſter, quid niſi fumus, Amor?

230. *Sermo.*

SErmo voluptati ſimilis, ſimiliſque dolori eſt:
Longus enim levis eſt ſermo, graviſq; brevis.

231. *In mulieroſum ſenem.*

ÆTas commendat Bacchum, Veneremque juventus:
Hæc igitur juveni convenit, ille ſeni.

232. *In Harpulum, avarum juvenem.*

MUndus amica tua eſt, miſere quem diligis unum,
Harpale; ſis juvenis tu licet, ille ſenex.

233. *Ad Lectorem.*

QUi ſcribit, laudatur ab his, culpatur ab illis;
Lectoris vultu ſtatque caditque ſui.
Semper agit cauſam; nec tempore transſiget ullo;
Semper enim ſub te judice, Lector erit.

234. *De ſpeculo amatori à ſponſa donato.*

IN quo me videam, ſpeculum mihi, Paula, dediſti?
In quo te poſſim cernere, malo dares.

235. *In Quintiam Hypocritam.*

DOcta, decens, juvenis, formoſa, pudica, benigna,
Quintia ſi non ſis ambitioſa, bona es.

6. *Problema.*

MOribus adverſum ſibi prodigus odit avarum.
Cur igitur largos parcus avarus amat?

7. *Somnus, Venus.*

VOs conſanguineas lethi dicamne ſorores,
Somne quies hominum, deliciæq; Venus?
Fulgere juvat Veneri ſomnoque jacentes:
Sternitur & dulci lectus utrique malo.
Odit ſomnus iners, odit Venus improba, lucem:
Eſt animi ſomnus Mors, animæque Venus.

8. Paſſe time.

LOnga dies ignavo homini, nox longa videtur,
Et longi menſes, longior annus abit.
Tempus inutiliter terimus, dum longa videntur
Tempora: cur vitam dicimus ergo brevem?

9. *Fiſcus.*

UT viſco capiuntur aves, (Fiſcus quaſi Viſcus
Dicitur) à fiſco ſic capiuntur opes.

10. *In Ponticum Philautum.*

NOn cernit ſe mens, oculus ſe non videt, ergo
Pontice, te quod amas, qua ratione facis?

11. *Scrutinium.*

O Utinam, quod Diſcipulos tu Chriſti rogaſti,*
Presbyter & Princeps, plebſq; rogaret
Quid de me dicunt homines, ſi ſæpe rogaret,
Quiſque, malum ſciret ſe, meliorque foret.
* Marc. c. 9. v. 18.

Lumen gratiæ.

1. *Ad amicum ſuum, D. Joan. Tovey.*

LUnam ſuam complet ſolari lumine ſphæram;
Mens ut ab æterno Numine lumen habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

243. *Fama, Error.*

RUmor rumores; errores parturrit error;
Ut nivis exiguus creſcit eundo globus.

Traditio Hiſtorica de Rege Bruto.

244. *Ad amicum ſuum. D. Guil. Camdenum.*

COmburi poſſunt libri monumenta perire;
Noſtra mori poſſunt, & tua ſcripta mori:
Inſita, ſed genti, dum gens erit ipſa ſuperſtes,
Traditio vivæ vim quaſi vocis habet.

245. *Ad D. Rogerum Ovven, J. C. Equitem literatiſſimum.*

ANtiquas Britonum leges, nova juraq; calles,
Quicquid & in tota diſcitur Hiſtoria.
Sermonem inſtituas de re, quacumque, videtur
Viva, Rogere, tuum Bibliotheca caput.

246. *In Avarum.*

QUo miſer annorum victum tibi mille paraſti;
Annorum centum nec tibi vita datur.
Immenſoſque tibi nummorum cogis acervos,
Quæris & in vita gaudia longa brevi?
Olim dives ero parce ſi vixero, dicis.
Et cur non, olim mortuus, inquis, ero?

247. *Pes in ſepulchro.*

PEndentes agimus vitas in littore mortis:
Tam prope mors vitæ eſt, quam prope margo mari:
Una fere res eſt homini mors vitaque, ſicut
Efficiunt unum Terraque & Unda globum.

248. *Mercurius Britannicus.*

O Prima deſcripſit Morus, tu peſſima mundi;
Tu nobis narras vera; ſed ille bona.

9. *De ſeipſo.*

Unt quidam, qui me dicunt non eſſe Poëtam,
Et verum dicunt; Cur? quia vera loquor.

0. *Ad D. Guliel. Butler Cantabrigienſem noſtræ ætatis Æſculapium.*

Oſthabita quærant alii ſua lucra ſalute;
Spernis dulce lucrum tu; tua cura, Salus.
Medico, amiſſam deſperat nemo ſalutem;
Inventum tanquam ſit Medicina tuum.
te vera loquor; non, ut ſolet æger, adulor:
Non tibi ab inſana laus, Gulielme, venit.

Ill-husbandrie,

1. *Ad Paulum, Juriſconſultam.*

Ur viduam Jus, Paule, vocat Commune Relictam?
Vox hodie nuptis convenit illa magis.
l opus uxori mortem expectare mariti,
Cumbat ut in triſti ſemi-ſupina toro.

2. *Ultimum Divortium.*

I forte in cœlum vir ſumitur, uxor in orcum,
Aut contra; non ſunt amplius Una Caro.

3. The vvorlds dungeon.

Arceris eſt inſtar Tellus, quaſi mœnia Cœlum
Cuſtos peccatum, Vincula quæ? Mulier.

4. *Legum Nullitas.*

Ondidimus leges quàm multas? quàm prope nullas?
Nam ſi ſervatur nulla, quid ulla valet?
t leges ſerventur, adhuc lex unica fiat;
Hæc cito facta foret lex; cito fracta foret.

255. *De ſtatu hominum.*

DEprimitur niſi pes alter, non tollitur alter:
Sic caſu alterius tollitur alter homo.

256. *Ad quendam.*

DOctor es incipiens; nunc incipe Doctior eſſe.

Præter mulieres & pueros.

257. *Ad D. Joan. Haringtonum, equitem literatiſſimum.*

PErlege divinæ ſinuoſa volumnia legis,
* In nullo numero ſunt Puer & Mulier.
Civili Puer & Mulier prohibentur ab omni
Munere; non Mulier, non gerit arma Puer.
Utuntur longa tunica Mulierque Puerque:
Imberbes, pariter ſunt Puer & Mulier.
Fertur & in teneros Puer & cito Fœmina fletus?
Blanditiis Mulier decipiturque Puer.
Cogitis in quantos hominum genus omne furores,
Tu Venus, ô Mulier, tuque Cupido Puer!

* *Mat. cap.* 14. *v.* 21.

Cereus Naſus,

Sive

Humana Inconſtantia.

258. *Ad Cognatum ſuum, D. Rich. Meredith. Theologum.*

PRomittit nobis aliquid ſacra pagina? noſtrum
Protinus hoc certa credimus eſſe fide.
Exigit à nobis aliquid ſacra littera? durus
Sub noſtram ſermo non cadit iſte fidem.

Scala

259. *Scala Cœli.*

Vide ep. 1. ad Cor. cap. 13. v. 8. 13.

	S	
	A	
	T	
E	I	S
D	R	E
I	A	P
F	C	S

IN Cœlum gradibus virtutum maxima ſeptem,
Quatuor aſcendit Spes bona, quinque Fides.
Spes lunam, ſolemque Fides contingit: Amoris,
Scala vel ad ſummum pertinet uſque polum.

260. *In Battum.*

UTatur mens lingua interprete, Cor prius ergo
Deſinat, incipiat quam tua ligna loqui.
Nempe interpretis eſt locus in ſermone ſecundus,
Raraque Legato verba loquente facit.

Laus Aſini.

261. *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.*

CUr aſinum non junxit equo multoq; Propheta
Vecturus natum Davidis ille fuit.

262. *Aulicorum par impar.*

NOn bene conveniunt, at in una ſede morantur
Momus vituperans omnia, Gnatho nihil.

Quatuor hominis cauſæ.

263. *Ad nobiliſſimum & maximæ ſpei adoleſcentem, D. Ric. Sackeville, Com. Dorceſtriæ ex filio nepotem.*

FOrma quid eſt hominis, niſi mens mala, vana voluntas?
Principium quodnam Materiale? Nihil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Materiam cum Forma igitur ne ſuſpice; ſolus
Finis, & Efficiens reſpiciendus erit.

264. *Vltima Linea.*

ULtimus eſt vitæ mors actus amara jocoſæ;
Cujus vita fuit ſeria, mors jocus eſt.

265. *In obitum reverendiſſ. Ri. Vaghan Epiſcopi Londinenſis.*

QUi te viventem laudavi nuper abunde,
Te retus eximiis laudibus eſſe parem:
Heu cur defunctum te prædico parcius? auxit
Lætitia ingenium; diminuitque dolor:
Dum plures pro te lacrymis quam carmina fundo,
Confundunt lacrymis ſe mea verba: Vale.

266. *De Vita & Morte.*

UNa via eſt vitæ, moriendi mille figuræ;
Eſt bene, nam mors eſt res bona, vita mala.

267. *In Paulum decrepitum ædificatorem.*

IN quibus haud vivas, moriaris at in quibus ædes
Paule ſtruis; tumulum neſcius anne domum.

268. *In Sextum, prædonem prodigum.*

MUniſicum largitorem te, Sexte, fatemur,
Qui, tua ne tantum des, aliena rapis.

269. *In Zoilum.*

DEfuncto parces, viventem, Zoile, carpes;
Non ego propterea mortuus eſſe velim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

270. A Paire of Royall friends.

Ad { *Anglo-Scoto-* / *Sceto-Cambro-* / *Cambro-Anglo.* } *Britannos.*

HOc in Amicitia mihi par Regale videtur
Tres inter quoties extitit unus amor:
Scilicet, ut gemino ſit par in amore tuorum,
Unuſquiſque trium bis numerandus erit.

271. *Regnum diviſum.*

IN mundo nihil uſque poteſt conſiſtere, Mundus
Non ſemper ſtabit; cur? quia dividitur.

Annulus Concordiæ.

272, *Ad Britannos* 1607.

SCotia fert Gemmam; gens Anglica conferat
Aurum:
Annulus hinc fiat; Rexque ſit ipſe faber.
Excitet Europæ nova nos concordia: ne, dum
Cuditur à fabris Annulus, Annus eat.

273. *Britannia.*

SIcut eras in principio, ſic nunc es, & eſto,
Uſque in ſœclorum ſæcula ſemper, Amen.

Steganographia.

274. *Ad Lectotem curioſum.*

CUr ſint obſcuro ſenſu mea carmina, quæris;
Utiliter nequeant quæ ſine clave legi?
Eſt Epigrammatici non eſſe Polygraphon: ergo
Conveniens illi eſt, eſſè Steganographon.

275 *Unus Deus.*

UNus cunctorum pater indubitatus Adamus;
Nec poſſunt plures patribus eſſe Dii,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

276. *Ad nobiliſſimam ac Illuſtriſſ. Dominam Arbellam Stuart.*

SI foret in nudis virtus aut gloria verbis,
In laudes facerem carmina mille tuas,
Nobilitare poteſt noſtram tua gloria Muſam;
At tibi Muſa poteſt addere noſtra nihil,

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

MONOSTICHA QUÆDAM ETHICA ET POLITICA *veterum Sapientum.*

LIBER PRIMUS.

SENTENTIÆ MORALES

AD LECTOREM.

DIſticha noſtra legant pueri, caſtæque puellæ;
Continet obſcœnos fabula nulla jocos.

1. *Quod Christianos non decet eſſe leves.*

CUr gravibus texam quæris mea diſticha verbis?
Cultores Chriſti non decet eſſe leves.

2. *In tribulatione virtus, ut aurum in igne, perficitur.*

QUod fornax auro facit, hoc tribulatio juſtis:
Rebus in adverſis certa probanda fides.

3. *Veri amoris nullus eſt finis.*

NUnquam vera fuit caritas, quæ deſiit eſſe;
Nam nullus veri finis amoris erit.

4. *Obſcœna fabula à pueris vitanda.*

INficit obſcœni puerorum carminis aures
Fabula; dum vatum quæritur ipſe nitor;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

5. *Multa durant quæ teneris mentibus diſcuntur.*

HEu male diluitur, teneris quod mentibus hæſit;
Præſertim durant quæ didicere mala.

6. *Omnes ſunt felices, ubi omnes amici.*

QUam felix, & quanta foret reſpublica, cives
Si cunctos unus conciliaſſet amor!

7. *Nil ſine ſpepræmii fit.*

ESt labor ingratus, quem debita præmia fallunt:
Quid grave non fiet ſpe ſine, ſi leve ſit?

8. *Animum dantis Deus, non donum conſiderat.*

NOn quantum dederis, ſed quanta mente dediſti,
Penſandum eſt: placat victima parva Deum.

9. *Recta conſcientia dat verum gaudium.*

GAudia vera dabit mens omnis criminis expers:
Heu mihi quam pauci gaudia vera ferent!

10. *Sola virtus beatos efficit.*

OMnia cum pereant, eſt virtus ſola perennis:
Hæc immortales reddere ſola poteſt.

11. *Nemo confidat in divitiis ſuis.*

QUid tibi ſit gemmas omnes cumularis & aurum;
Si tua tartareis mens cruciatur aquis?

12. *Vtendum eſt florida ætate.*

SI mora nulla datur vitæ labentibus horis,
Cur ita cum longo turba ſopore jacet?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

13. *Mors eſt inevitabilis.*

QUi ſubito palles, audito nomine mortis.
An tibi res nova mors? unde repente metus?

14. *Quando mors ſit optima.*

OPtima tunc mors eſt, cum vita eſt criminis expers:
Mors felix, vita eſt cum tibi cara magis.

15. *Poſt gaudium vitæ venit luctus mortis.*

QUid lætare miſer? neſcis poſt gaudia vitæ
Perpetuos luctus mortis adeſſe tibi?

16. *Non eſt Deus autor culpæ ſed pœnæ.*

NOn Deus eſt autor culpæ, ſed criminis ultor:
Pro meritis juſtis præmia juſta dabit.

17. *Omnia divitibus licent.*

QUum reus eſt dives prætorem nactus avarum,
Quid non ſperabit poſſe licere ſibi?

18. *Forma caduca mali perſæpe cauſa.*

QUid fidis formæ, populat quam morbus & ætas?
Multis cauſa mali candida forma fuit.

19. *Uxor bona & non pulchra habenda.*

SIt formoſa aliis uxor, tibi ſit bona: neſcis
Quam noceat caſtæ forma pudicitiæ.

20. *Difficile eſt cuſtodire formoſas.*

ÆGrè formoſam poteris ſervare puellam,
Nunc prece nunc auro forma petita ruit.

21. *De infelici patria.*

INfelix patria eſt, pueros ubi purpura veſtit,
Atque ubi præcedit dives honore bonos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

22. *Illa patria eſt felix, ubi juventus aſſueſcit modicis cibis.*

ILla domus felix, ubi parvo aſſueta juventus,
Inque foco coctum luxuriatur olus.

23. *De falſis gaudiis.*

QUæ durare putas mortalis gaudia vitæ,
Sunt brevia, & finis triſtis amoris erit.

24. *De veris gaudiis.*

UNa ſalus ſervire Deo eſt: hæc gaudia ſola
Vera putes; quorum gloria finis erit.

25. *Judex & cenſor omni careat peccato.*

ASpiciat lucem, qui vult damnare tenebras;
Qui carpit mores, ſit ſine labe prius.
Cor Deus injuſti nebulis obnubilat atris,
Exuit & formam, fitque repente fera.

26. *Aliena magis quam noſtra vitia cernimus.*

CUr aliena magis quam crimina noſtra videmus?
An quia noſtra procul ſunt, aliena prope?

27. *De avaro.*

NUſquam fraude caret, ſemper mentitur avarus,
Erga inopes ſurdus ferrea corda gerit.

28. *De gloria.*

GLoria ſi dulcis, ſtudeas virtute parare,
Quo labor eſt major, gloria major erit.

29. *Nec citò nec temerè judicandum.*

JUdicium præceps inſani judicis index,
Omnia nec longis diſcutienda moris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

30. *Ad magna præmia magno labore venitur.*

SI te delectant æternæ præmia vitæ
Magna quidem, ne te terreat ergo labor.

31. *Qui bene vixit, non timet mortem.*

QUi bene præteritos ſine labe peregerit annos,
Non horret mortis vulnera dira pati.

32. *Erudiendi pueri in tenera ætate.*

DUm tenera eſt ætas, generoſos imbue mores,
Tunc facile eſt cunctis artibus ingenium.

33. *Mors malorum peſſima, bonorum felix.*

FOrmidanda malis ſequitur quam pœna perennis?
At contra felix mors ſolet eſſe bonis.

34. *Modicis cibis natura contenta.*

ESſe cupis frugi? facile eſt, nam panis & unda
Prædives dapibus quilibet eſſe poteſt.

35. *Omnia pro vita æterna ſunt hic toleranda.*

SI quanta æternæ ſunt vitæ præmia volvis,
Omnia pro Chriſto perpetiere libens.

36. *Quæ ſint veræ divitiæ.*

DIvitiæ non ſunt argenti pondus & aurum,
Virtutes veras accipe divitias.
Virtus poſt funera vivit.

37. *Victrix fortunæ ſapientia.*

SI fueris ſapiens, Crœſi ſuperaveris aurum,
Nam ſapiens nullo tempore vixit inops.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

38. *Ad Petrum.*

TE miſerum dicis, fateor, ſine crimine quemquam
Non vidi miſerum: tu miſer ego, Petre, es.

39. *Omnia patienter ferenda, ut ex voluntate Dei procedentia.*

QUod tibi contigerit, patienter ferre memento:
Nam certum, fieri numine cuncta Dei.

40. *Mens bona nunquam timet, ut mala ſemper.*

COnſcia mens recti nullo commota pavore eſt:
Ut mala mens ſemper ſollicitata pavet.

41. *De veneratione parentum.*

QUi cupis eſſe ſenex, caros venerare parentes:
Quæ patri facies, filius illa tibi.

42. *Contra mercatores rerum terrenarum.*

PEr mare per terras mercator quæritat aurum;
Sic cœli æternas, ſtulte, relinquis opes.

43. *In Paraſitos.*

QUi ſocius menſæ eſt, verum ne reris amicum,
Tolle epulas, noſces quam tibi fidus erat.

44. *Contra tardantes bene operari.*

CRas, inquis, faciam, conceſſaque labitur hora:
Fac hodie; fugit hæc non reditura dies.

45. *Qui meminit mortis & inferni, facile à vitiis abſtinebit.*

IS facile extinguet Veneris flagrantia tela,
Qui timet infernum, qui Phlegethontis aquas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

46. *Ad Simonem Canuſianum.*

TE dare promittis, nec das mihi munera, Simon:
Nil tibi debebo, ſi mihi tarda dabis.

47. *Bis dat qui cito dat.*

MUnera des lætus: corrumpunt tædia donum:
In quo cenſendum eſt, quid niſi dantis amor?

48. *Qui cito & temere promittit, nuſquam ſervat fidem.*

QUi cito, qui temere ſpondet, ſe multa daturum,
Quæ male promiſit, turpius illa negat.

49. *Negare in principio, eſt dare beneficium ſi bene negetur.*

QUi cito vel belle negat, is tribuiſſe videtur
Munera; nam ſemper eſt odioſa mora.

50. *Cui plus Deus dederit, plura requiret.*

CVi bona multa Deus conceſſit, plura requiret,
Ni diſpenſarit quas bene cepit opes.

51. *Juſtitia & charitas ſunt armatura Principum.*

JVſtitia & charitas, dilecti Principis artes:
Hæc ſunt, arma quibus nulla nocere queunt.

52. *Qui dat inopi ſua, nunquam erit pauper.*

QVi bene divitias inopi donabit amico,
Hic omni felix tempore dives erit.

53. *Pueri & juvenes non debent maledicere ſenibus.*

NE ſæva in canos juvenis convitia fundas,
Sed ſubito aſſurgas prætereunte ſene.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

54. *A prima ætate ſunt docendi pueri.*

VEra tuis ut ſit ſi vis ſapientia natis,
Cum primo hanc ſitiens ebibe lacte prius.

55. *Unde Senatus dictus.*

A Senibus priſci ſumptum dixere Senatum:
Eſt robur juvenum, conſiliumque ſenum.

56. *De ſenum prudentia.*

A Sene conſilium quæras: prudentia rerum
Eſt illis, ſine qua Curia quæque perit.

57. *Signum ruinæ, gubernatio juvenum.*

URbes, regna, domos, juvenum quas rexerit ardor,
Sint quanquam fortes, certa ruina manet.

58. *Qui citò credit, citò perit, nec non levis eſt corde.*

QUi cito crediderit, falletur ſæpe, leviſque
Eſt cordis; raro fallitur ipſe ſenex.

59. *Quid ſit lex & juſtitia.*

VIs legis, prohibere malum eſt, permittere honeſtum:
Juſtitia eſt, ſemper jus dare cuique ſuum.

60. *Injuſtitia ruina urbium.*

NIl injuſtitia miſeræ eſt infeſtius urbi:
Funditus hæc muros perdit, & illa domus.

61. *In cœlo vera amicitia.*

SI nihil in terra caſto perhibetur amore
Dulcius, in cœlis qualis amicitia?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

62. *Senectus bonis jucunda eſt, malis vero moroſa.*

QUæ caruit vitiis, dulcis ſolet eſſe ſenectus:
Contra moroſa eſt, quæ vitioſa fuit.

63. *Utilis eſt unum ac ſæpe librum legere, quam multos accumulare.*

EGregios cumulare libros præclara ſupellex s
Aſt unum utilius volvere ſæpe librum.

64. *Nil ſine amicis jucundum.*

QUid tibi jucundum ſubmotis eſſet amicis?
Cuncta tibi quanquam ſint cumulata bona,
Alter-ego eſt verus multumq; probatus amicus,
Quo nobis debet carius eſſe nihil.

65. *Amici prius eligendi, electi ſemper retinendi.*

NOn temere admittas, niſi fidum noris, amicum:
Sed ſemel admiſſus ſemper habendus erit.

66. *Scire mori eſt honos mortis.*

MOrtis honos eſt ſcire mori, vitæque beatæ
Exitus eſt teſtis qui ſine labe fuit.

67. *Quid ſit dives.*

NOn eſt, crede mihi, multos qui poſſidet agros,
Dives: ſed dives, cui ſatis unus ager.

68. *Liberalis.*

QUas inopi & dulci lætus donabis amico,
Temporibus nullis eripientur opes.

69. *Ægroti non curantur à pluribus.*

NUnquam, crede mihi, à morbo curabitur aeger,
Si multis Medicis creditur una febris.

70. *Quomodo dives & felix fias.*

VIs fieri dives? Chriſti mandata ſequaris ;
Diminuaſque animi gaudia nota tui.

71. *Amici divitum ſunt falſi amici.*

QUem tibi divitiæ peperere, eſt falſus amicus :
Argentum, non te, diligit ille tuum.

72. *Quales principes, tales populi.*

SI ſtudia & mores populi cognoſcere curas ;
Res facilis : vitam Principis inſpicies.

73. *In adulatores.*

BLandus adulator Regum certiſſima peſtis :
Hæc gaudet ſanctos perdere ſæpe viros.

74. *Quales eſſe debemus.*

NUlli ſis blandus, ſed verus, & omnibus æquus,
Vox clamore vacet, ſit ſine lite ſonus.

75. *De riſu.*

IMmodicus riſus non eſt ſapientis, at index
Stultitiæ ; lepidi ſint ſine dente joci.

76. *Ne ſimus loquaces.*

VIs ſapiens dici, raro & meditata loquare :
Sæpe loquax verbis proditur ipſe ſuis.

77. *Vera laus bonorum.*

OMne genus laudis turpi vileſcit in ore,
Vera boni & docti laus ſolet eſſe viri.

78. *Nec noſtra laudare, nec aliena reprehendere debemus.*

NEc tua laudabis, nec facta aliena reprendes :
Non ſatis eſt, alter ſi ſua facta canit.

79. *De muneribus.*

QUis non argento quis non corrumpitur auro,
Qui majora dabit munera, victor erit.

80. *Paupertas cum bona ſit, ab omnibus evitatur.*

SObria paupertas multorum cauſa bonorum eſt:
Hanc tamen ut peſtem plurima turba fugit.

81. *Natura paucis contenta.*

QUidnam deeſſe poteſt, modicus ſi panis & unda,
Prandia, vel cœnas ſi tibi præbet olus?

82. *Mors vitari non poteſt, itaque nec timenda nec fugienda.*

QUod nequeas vitare, fugis? mors omnibus inſtat;
Nec formidanda eſt, nec fugienda tibi.

83. *Gloria ſæpe ſpreta cumulatior redit.*

NArrent de te alii, proprio ſordeſcit in ore
Gloria, ſi taceas, plus tibi laudis erit.

84. *Laus liberalitatis.*

ILle Deo ſimilis, qui dat bene munera lætus:
Qui repetit fœnus, fœnoris officio eſt.

85. *Nulla major uſura & ſanctior, quam paſcere pauperes.*

NUllum majus erit lucrum, quam paſcere egenos:
Fœnore nam grandi centupla dona feres.

86. *Qui pauperibus elargitur, in cœlo theſaurizat.*

QUas Chriſti cauſa miſeris donabis egenis,
In Cœlo æternas conciliabis opes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

87. *Nullum magis lucrum neque certum, quam credere Chriſto opes.*

MUnera ſi gratis dederis, ſi lætus amicis,
Tollet divitias has tibi nulla dies.

88. *Dat gratis nemo.*

MUnera qui mittit, ſperat majora remitti;
Nemo ſuas vellet perdere gratis opes.

89. *Ad amicum.*

ACcipe parva mei lætus munuſcula cenſus:
Nec quæ ſint, ſed qua, ſuſpice mente data.

90. *De Charitate.*

ESt Charitas perfectus amor, perfectaq; virtus;
Qua ſine perfectum nil reperire potes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

MONOSTICHA
QUÆDAM
ETHICA ET POLITICA
veterum Sapientum.
LIBER SECUNDUS.

1. *Qui vult eſſe altus, ſit humilis.*

Esto humilis, quiſquis fieri cupis incola cœli;
Faſtus tartareis excruciatur aquis.

2. *Tardi & conſiderati ad loquendum debemus eſſe.*

Qui cito præcipitat velox ſine pondere verbum,
Errat; demiſſum non revocare poteſt.

3. *Quod dices facieſve aliis, tibi fiet & dicetur.*

Quæ dices aliis, tibi mox reſponſa remitti
Expectes; cupies, qualia dona dabis.

4. *De iracundo ſemper excedente juſtitiam.*

Qui temere & præceps rabidas exarſit in iras,
Excedet ſemper limina juſtitiæ.

5. *Quæ virginitati obſtent.*

Qui vult virgineum cælebs ſervare pudorem,
Otia devitet, fœmineoſque choros.
Sæpe pudicitiam mulier formoſa propinqua,
Eripuit caſtis, multaque damna dedit.

6. *Tutior eſt ſibilus baſilici, quam cantus puellæ.*

Tutius in ſilvis baſiliſcum audire frementem,
Quam molles cantus, fœmineumq; melos.

7. *Tria mulieris petulantiam Cohibent.*

Foemina molle genus, turpes proclivis ad actus,
Ni vir ſit cuſtos, ni pudor atque metus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

8. *Laus virginitatis.*

VIrginitas animi murus, victoria carnis:
Pectus honeſtatis ſancta pudicitia eſt.

9. *Luxus ingenium & mores perdit.*

NIl lethale magis, quam luxu perdere mores:
Hæc peſtis juvenum ſævior ingeniis.

10. *Non decet virum muliebri cultu incedere.*

O Quam turpe viro muliebri incedere cultu,
Molliaque evulſis reddere crura pilis!

11. *Conſcientia bona nil timet.*

QUi recte vivit, contemnit jura ſuperba:
Conſcia mens recti nil timuiſſe poteſt.

12. *Amicus verus in re incerta cernitur.*

INvenies multos, ſi res tibi floret, amicos:
Si fueris pauper, nullus amicus erit.
Rebus in adverſis patientia vera probatur,
Rebus in adverſis vera probanda fides.

13. *Duplex pœna peccanti Principi imponenda.*

SI proceres peccant, ſi peccavere parentes,
Exemplo & ſceleri pœna paranda duplex.
Sæpe patris mores imitatur filius infans:
Qualis erat mater, filia talis erit.
Caſta refert caſtæ genitricis filia mores,
Laſcivæ nunquam filia caſta fuit.
Et verbo & facto parvis ſit regula natis,
Optima ſitque omni tempore norma pater.
Altera natura eſt habitus; quam junior artem
Perdiſces, tollet nulla ſenecta tibi.

14. *Sola virtus beatos efficit.*

SOla poteſt homines felices reddere virtus:
Hinc ſoli è cunctis non Libitina nocet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

15. *Eloquentiæ vires.*

NIl tam difficile eſt, quod non perſuadeat, & non
Efficiat docti lingua diſerta ſenis.

16. *De eloquentia.*

ANcipiti eloquium longe penetrantius enſe:
Hoc rabiem notam ſedat, & arma virum.

17. *Qui verum audire non vult, perit.*

DEſperanda ſalus, qui verum audire recuſat,
Inque ſuum præceps labitur exitium.

18. *Conſcientia bona judicem non timet.*

ACcuſent te mille licet, mens conſcia recti
Stat tamen, & nunquam judicis ora timet.

19. *Ad vaniloquum.*

OMnibus in triviis recitans tua carmina laudas:
Si vis ut laudem, diſce tacere prius.

20. *Qui ſenex laudandus.*

UT laudanda ſenis probitas, ita fœda ſenectus,
Culpanda eſt, turpi quæ maculata probro.

21. *Poetæ multa lectione opus.*

INſtar apis debet variis excerpere libris,
Melifluo ut manet dulcis ab ore liquor.

22. *Se quiſque metiatur, & aliis erit æquus judex.*

TE perpende prius, nec det tibi purpura faſtum,
Ut tibi, ſic aliis arbiter æquus eris.

23. *Virtutis principium aſperum, finis vero amœnus.*

ESt opus incepto, finis virtutis amœnus;
Principiis quamvis aſpera prima via eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

24. *Voluptas peſtis juvenum & ſenum eſt.*

VIs fieri felix : eſt debellanda voluptas :
Hæc juvenum exitium eſt, peſtis & illa ſenum.

25. *Jactantia eſt omnibus inviſa.*

OMnibus inviſa eſt ſtolidæ jactantia mentis:
Dum de te loqueris, gloria nulla tua eſt.

26. *Quæ carent effectu, non ſunt tentanda.*

QUæ fieri nequeunt, prorſus tentare recuſes:
Ingenii debes pondus habere tui.

27. *Sapiens nihil invitus facit.*

NIl facit invitus ſapiens : exire recuſas?
Quod vitare nequis : velle neceſſe tibi eſt.

28. *Quos bene veſtitos, eoſdem quoque egregios vulgus putat.*

SI modo me ſpernis, mutata veſte redibo,
Quod mihi non dederis, veſtibus ipſe dabis.

29. *Non eſt credendum blando adulatori.*

QUi te plus ſolito demulcet carmine blande,
Te capere inſidiis nititur ille ſuis.

30. *Quæ ſcimus, docere : quæ neſcimus, diſcere debemus.*

QUæ noſti, impertire libens, faciliſque roganti,
Eſto, quæ neſcis, diſcere non pudeat.

31. *Qui alios reprehendit, ſe primum caſtiget.*

CUm fueris cenſor, primum te crimine purga;
Ne tua te damnent facta nefanda reum;

Ne tua contemnas, aliena negotia curans;
An tibi te quiſquam junctior eſſe poteſt?

32. *Amico fac proſis, ut tibi non obſis.*

ESto memor caro ſemper prodeſſe ſodali,
Ut tibi non noceat præſtita amicitia,
Sic utare tuis, egeas ne rebus, amicis;
Sarcina namque humeris ſola ferenda tuis.

33. *Amici pauciſſimi.*

MIllibus ex multis unus vix fidus amicus,
Hic albo corvo rarior eſſe ſolet.

34. *Feſtinatio & ira ſunt inimica conſilio.*

COnſilium præceps ſequitur plerumq; ruina,
Ira quoque eſt valde noxia conſilio.

35. *De victu modeſto.*

SIt facilis victus nullo irritante ſaporem,
Sed ſtomachum & guſtum mordeat ipſa fames.

36. *Laus ſit modeſta, vituperatio modica.*

SI quem laudabis, parce laudare memento:
Crimina culpato parcius ipſa tamen.

37. *Authoritas dicentis non eſt attendenda, ſed quid dicat.*

NEc te dicentis moveat reverentia, ſed quid
Dixerit, attendas qua ratione probet.

38. *Auſonius in Epigrammata.*

NOn eſt dives opum, dives; nec pauper inopſq;
Infelix: alio nec magis alter eget.
Dives eget gemmis: Cereali munere pauper:
Sed cum egeant ambo, pauper egens minus eſt.

FINIS EPIGRAMMATUM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Sola Virtus, Fortunæ bonis omnibus anteponenda.

I.

OMnia diſpereunt, mundo quæ pulchra videntur,
Divitias ſubito ſors inimica rapit.
Perpetuo durat virtus doctrinaque rerum,
Inque illam ſors nil, quod dominetur, habet.
Hæc tibi ſola poteſt laudemque decuſque parare,
Te facit hæc veris deliciiſque frui.
Hanc, ſtudioſe puer, vigili tibi quære labore,
Hæc tibi præ cunctis ſit potiore loco.

II.

Num fuit ulla magis nato laus digna, parentem
Quam cum perpetuo natus honore colat?
Cœlitùs hinc divina venit benedictio votis
Atque datur fato proſperiore frui.
Vix mortem ante oculos ſentiret adeſſe Tobias,
Optima dilecto tum documenta dedit;
Hoc fili cures perituræ ùt tempore vitæ
Afficias matrem ſit que perennis amor.
Hinc Salomon ſolio ſurrexit protinus, ad ſe
Cùm matrem inſtanti cerneret ire pede.
Hoc Pietas, Natura, Deus, Leges que requirunt;
Quæ Deus inſtituit jura, ſequatur homo.

III.

Turpia qui laudat, ferrum flammas que minatur,
Sedulus hunc fugias, tentat ubique mala;
Vulnera tot progreſſa ſuis penetralibus hærent
Ut nunquam morbo convaluiſſe queat.

IV.

Paſſibus ambiguis Fortuna volubilis errat
Et rotat in nullo certa tenax que loco;
Quæ modo læta venit, vultus modo ſumit acerbos,
Cæca licet, conſtans in levitate rotæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Anagramma nominis Autoris, à D. Du. Tr. inventum.

Joannes Audoënus.

Ad annos Noë vives.

De eodem, Diſtichon.

NOminis hoc Anagramma tui de te puto falſum;
Verum de libris auguror eſſe tuis.

D. Du. Tr. Med.

De eodem.

DE te, deque libro verum eſt Anagramma; quid obſtet?
Tuque facis librum vivere, teque liber.

Joannes Roſſe J. C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM

IOANNIS OVVEN

OXONIENSIS CAMBRO-BRITANNI.

LIBRI TRES.

Ad HENRICUM Principem Cambriæ, duo.

Ad CAROLUM Eboracenſem, unus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

AUTHOR
AD LECTOREM.

IN laudem Autoris, ſolenni, at more recenti,
  Miraris, quare carmina nulla legas?
Noſtra patrocinium non poſcunt carmina; quare?
  Si bona ſunt, bonus es; ſi mala ſunt, malus es.

Idem, ad eundem.

NOn ſunt quod lites Epigrammata noſtra, nec autor
  Quod ſub cauſidico vociferante cliens.
Nemo poteſt verſus (nec tanta potentia regum)
  Vel ſervare malos, vel jugulare bonos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM JOANNIS AUDOENI CAMBRO-BRITANNI.

AD HENRICUM PRINCIPEM WALLIÆ.

LIBER PRIMUS.

Ad H. Principem Auguſtum.

IN libris pro more novis & amore dicandis,
A ſummo ſumo Principe principium.

Ad Mecœnatem.

NOn ego patronum deſidero verſibus ullum:
Mecœnate liber non eget; Autor eget.

Ad Marcellum I. C.

PAulini nuper Patiens, Marcelle, fuiſti;
Eſſe pares vultis? ſit tuus ille Cliens.

Ad Henricum VValliæ Principem, Opt. Max.

PEctus & affectus, cerebrum, ratio, caput, & cor,
In te funguntur munere quæque ſuo.
Pectus enim cerebro, ſenſum ratione gubernas,
Cor, capitis juſſu, non niſi juſta cupit.
Cambria tres invicta tulit cognomine * Magnos,
Tu Magnus, Princeps optime, quartus eris.

* Tres Principes Walliæ cognomento Magni.

5. *Mercurius Gallo-Belgicus.*

MErcurius non fit de qualibet arbore, fingit
Mercurium ex ligno quolibet ille faber.

6. *Orpheus.*

ORpheus uxorem raptam repetivit ab orco;
Duxit ab inferno fœmina nulla virum.

Veſtes Academiæ.

7. *Ad Oxenienſes & Cantabrigienſes.*

CUr, quicunque ſtudet generoſis artibus, ater
Cernitur, & noſtra Clerus in urbe niger?
Defunctum noſtræ lugent ob Apollina Muſæ?
An Mæcenatis funera flenda dolent?
Hæredes habet iſte tamen; concedo: bonorum
Scilicet hæredes, non bonitatis habet.

8. *An Petrus fuerit Romæ.*

AN Petrus fuerit Romæ, ſub judice lis eſt;
Simonem Romæ nemo fuiſſe negat.

9. Εἶναι καὶ ἔχειν.

ISſe & Habere, bonum eſt; dixit quis neſcio Grajus;
Addidit Almannus neſcio quis; Bibere.

10. *Ad Ligurinum.*

UXorem, Ligurine, tuam colit Arrius: alter
Sementem fecit; ſed tua meſſis erit.

11. *Non occides; non furaberis.*

FUrtum non facies; Juriſtæ ſcribitur hæc lex.
Hæc, Non occides, pertinet ad Medicum.

12. *In Alanum Decoctorem Chymiſtam.*

CHymicus ex auro non aurum fecit Alanus;
Aurum ex non auro non potuit facere.

13. *Ad Henricum Principem.*

PRimum eſt, eſſe ſuum; tamen hoc cui fata negarunt,
Alterius non ſit, qui Tuus eſſe poteſt.

14. *Ad Ricardum Comitem Dorceſtriæ ex Galliis reducem.* 1612.

MUtavit, quod raro ſolet, mutatio cœli
In melius mores ingeniumque tuum.
Doctior & melior, tibi gratulor ambo, rediſti,
Magne Comes; redeas tu, licet, unde redis.

15. *Novem* { *Muſæ.* / *Mutæ.* }

MOEſtæ cum ſileant Muſæ, quid referat, utrum,
Muſas? an Mutas dixeris eſſe novem?
Ut γλωσσα à γλῶττα differt idiomate tantum,
Diſcrepat à Muta nunc mea Muſa parum.

16. *Honoris* { *Etymo-* / *Genea-* } *logia.*

DIvitias & opes Hon lingua Hebræa vocavit;
Gallica gens aurum Or; indeque venit Hon-or.

17. *Ad Cornutum.*

LIttera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni
Dicitur; eſt tua frons littera Pythagoræ.

18. *Ad Dindymum.*

MAndere te modios mecum ſalis, inquis, oportet,
Cœptus ut ad ſummum progrediatur amor,

Manducare ſalem memini te, Dindyme, nunquam?
Dic igitur, quando noſter amicus eris?

19. *Mulier Canonica.*

EſT mulier, tanquam generalis regula; quare?
In multis fallit regula; ſic mulier.

20. *Votum Salomonis.*

CUr regis ſapientis erat Sapientia votum?
Optaſſet Salomon, ſi ſapuiſſet, opes:
Non optavit opes Salomon; ſapientius optat;
Nam ſapere optavit; cur? quia non ſapuit.

21. *Quid novi?*

NIl ait eſſe novum Salomon ſub ſole; Columbus
In veteri mundum repperit orbe novum.

22. *Britannicarum mulierum trinitas, unde nata eſt Britanniarum unitas.*

COnſeruere Roſas * Henrici mater & uxor;
Uniit Henrici † filia Regna duo.
Filius ô felix! felix Henrice maritus
Septime! ter felix in * trinepote pater.

** Septimi † Margarita Jacobi 4. R. Scotorum uxor; unionis mater. * Jacobo 1. Britanniæ Monarcha.*

23. Δῶρον Βασιλικὸν.

EſT optata tibi, Salomon, Sapientia; *Doron*
Optaſti, Regum maxime, *Baſilicon.*

24. *Beati* { *Muni-* / *Paci-* } *fici.*

JAcobus laceras Britonum res munit & unit;
Munificus Rex eſt noſter & Unificus.

5. *In Gaurum Eccleſiæ Canonicum.*

APocryphas inter legitur Sapientia chartas;
Tu, licet inſipiens, Gaure Canonicus es.

6. *Limax, Emblema.*

LImaces, male convenientes ſunt vir & uxor;
Non habitant unam fœmina maſque domum.

7. *Chriſt. Columbus.*

CEdere diluvium, campoſque patere liquentes,
Nuncia de cœlo prima columba venit;
Æquora ſic ultra noſtris incognita primus
Nunciat immenſos eſſe Columbus agros.
Aurum arrham ſecum tulit alter, at altera olivam;
Alter divicias, altera delitias.

28. *In Regi-cidas.*

SI * manus offendat te dextra, abſcindito dextram:
Offendat ſi † pes, abjice, Chriſtus ait.
Corpus in errorem dexter ſi ducat * ocellus,
Ipſe oculus peccans, effodiendus erit.
Quælibet abſcindi pars corporis ægra jubetur;
Excipiunt Medici Thejologique caput.
** Marc. c. 9. v. 43. † v. 45. * 47.*

29. *Ad Georgium Archiepiſcopum Cantuarienſem gratulatio 1611.*

OXonium cito te Rectorem, Venta Decanum,
Pontificemque * urbes obtinuere duæ.
Veniſti Londinenſem cito Præſul in urbem;
Factus es Anglorum Metropolita cito,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Lectus es in triplicem cito, Rege vocante, Senatum:
Quid ſupereſt optem quod tibi? Sero mori.
* *Lichfeldia & Coventria.*

30. *Ad judicem Decianum.*

NOn volo te ſurdum; non mutum: te volo cœcum:
Non claudum: mancum te, Deciane, volo.

31. *Cæſaris Cæſari; Dei Deo.*

OMnis principium finemque habet æqua poteſtas;
Fine caret ſolus principioque Deus.
Indefinita eſt, non infinita poteſtas
Cæſaris; in terris omnia nemo poteſt.

32. *Tria Sabbatha.*

SAturnus, Sol atque Venus tria Sabbata ſignant,
Turcarum, Noſtrum, Judaicumque vetus.
Pallida Judæo eſt facies, & frontis imago
Plumbea; Saturno dixeris eſſe ſat um.
Uxorum vir multarum, quo Sabbata ſervet,
Elegit Veneris non male Turca diem.
Quo Sol juſtitiæ, mea lux, mea vita revixit,
Solis apud nos eſt ſola in honore dies.

33. *Ad Davidem Murray, equitem, H. Pr. ab interiore thalamo*

CUi favet, hunc princeps incautus honoribus auget:
Huic ſapiens, dignus qui ſit honore, favet:
Principis hæc noſtri eſt virtus inſignis; amore
Dignatur dignos, te, ſimileſque tui.

Poſſum

34. *Poſſum, Volo, Nolo; Anomala.*

QUod volo non poſſum; quod poſſum; nolo viciſſim:
Tota hominis vita eſt nil niſi, Nolo, Volo.

35. *Patientia.*

VIncit qui patitur; petitur, potiturque petita:
Vincitur at ſemper fœmina quæ patitur.

36. *De genuflexione problema.*

CUm defertur honos demiſſo poplite, quare
Unum vir, mulier torquet utrumque genu?
Vir ſemel, at mulier bis ſerva creata videtur.
Paret enim patri virgo, marita viro.

37. *Ad Guillelmum Comitem Pembrochiæ Regi à Conſiliis.*

NOndum ætate ſenex, juvenis nec moribus; ecce
Te jubet eſſe ſuum Rex patriæque patrem;
Quod te Rex tanto fuerit dignatus honore,
Gratuler? an quod ſis dignus? utrumque licet.

38. *Ad Joannem electum Epiſcopum Londinenſem.* 1611.

DEſtinat æternæ te Rex doctiſſimus urbi;
Te ſibi paſtorem urbs ambitioſa petit:
Sede vacante alii veniunt, de more petitum
Artis & ingenii præmia ſacra ſui;
Te Rex ipſe vocat, vocat Archiepiſcopus, ipſa
Te vocat Urbs, huc tu ſede vacante venis.

39. *De ortu & occaſu.*

SOle oriente, tui reditus à morte memento:
Sis memor occaſus, Sole cadente, tui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

40. *Ad Petrum Junium, Scoto Britannum olim Jacobi Regis præceptorem.*

NAſcitur indigne per quem non naſcitur alter;
Tu naſci, noſci tu, Petre, dignus eras.
Nempe tuo geniti tibi ſunt de ſanguine ſeptem
Corporis effigies ingeniique tui.
Doctorum tu tot pater es, doctiſſime Juni,
Prudentum quot erat Græcia docta parens.

41. *In Gaurum.*

STultus es & ſapiens, quis credat, Gaure? Secundum
Quid ſapiens, Stultus quomodo? Simpliciter.

42. *ST.*

ST. quanquam taciturna ſilentia præcipis, edes
Tu ſine vocali ſyllaba ſola ſonum.

UNI ET UNIVOCE.

43. *Dictum Henrici Comitis Northamtoniæ,*

UNIVOCE Britones ſervire docemur, ET UNI
Jacobo, qui nos UNIET UNIVOCE.

44. *In Quintum ſomniatorem.*

AUdivi te ſæpe querentem & mane dolentem,
Quinte, quod in ſomno nil ita cernis, ut eſt.
Quid mirum qui ſola diu mendacia dicis,
Si nunquam noctu ſomnia vera vides?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

45. *Ad Robertum Carum Regi à Conſiliis, &c.*

PLebs huic raro favet quem carum rex habet; illi
Raro favent reges, quem leve vulgus amat.
Ardua res, Carum eſſe ſimul Regique gregique.
Te vehit aura duplex; Rex, populique favor.

46. *In quendam Hypocritam.*

NEſcit, ais, mea læva manus quid dextera donet;
Credo, quod omnino dat tua dextra nihil.

47. *I. Lipſii obitus 1606.*

SÆcula poſt ſex atque decem ſexque inſuper annos,
Clauſiſti criticum Juſte dolende, diem.
Viderunt hoc lucem anno mea carmina, quo tu
Mortuus es Lipſi; Nox tua noſtra Dies.

48. *Thomæ Overbury equitis poëma ingenioſum de uxore perfecta.*

UXorem Angelico deſcribis carmine talem,
Qualem oratorem Tullius, ore potens.
Qualem deſcribis, quamvis tibi nuberet uxor,
Æqualis tali non foret illa viro.

49. *Locatio Beneficii.*

QUod bene fit puero, perit; obliviſcitur ille:
Decrepito quod fit, non perit, ipſe perit.

50. *Jus ambiguum.*

LEgiſta & Medicus ſunt Juris uterque periti:
Hic ægros, alter jure tuetur agros.
Jus dare cuique ſuum didicit Legiſta clienti;
Ægroto Medicus jus dare cuique ſuum.
Jus Legiſtarum quid differat à Medicorum
Jure rogas? Siccum eſt illud, at hoc liquidum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

51. *Ad Henr. Principem 19. Febr. natum*
Anno * 1594.

* *Omen Aureum* 1611 19. *Junii.*

JAm decimo nonoque ætas tua currit in anno;
Qui numerus, felix, † Aureus, Omen habet.
Hic tibi nam, ſi me non fallunt Omina, ſecum
Aureus * ingentes afferet annus † opes.

* *Figuræ numeri* 1594. *per additionem Arithmeticam reducuntur ad numerum aureum, id eſt.* 19. V. G. 1. 5. 9. & 4. *ſi addantur efficiunt* 19. * 19. † *Aureus verſus.*

52. *Ad Regem.*

IN decimo novo Jubileo ætatis obivit,
Qui poſt diluvium vixit & ante: Noe.
Si mea vota valent, jubileos quot Noe vidit,
Secula tot vives; Tu * Noe noſter eris.
* *Rex ante & poſt unionem Britanniæ.*

53. *In quendam parcum.*

TE laudo laudatorem, non laudo datorem;
Scit laudare magis nemo, minuſve dare.

De Thomâ Moro, Angliæ olim Cancellario.

54. *Ad Thomam Baronem de Elleſmer*
Angliæ Cancellarium.

INtegritas morum Morum commendat, & ardor
Ingenii, & docto dulcis in ore decor.
Te quoque cor ſapiens, gravitas, & gratia vultus
Eximit è populo, conſpicuumque facit:
Totius integritas vitæ ſine labe peractæ
Te Moro æqualem moribus eſſe probat.
Excipias Mori caſus, & flebile fatum,
Et cauſam mortis; cetera Morus eris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Natura brevium.

55. *Ad Lectorem.*

COmmendent alii prolixa polyſticha; curtum
Diſtichon, ut munus, me brevitate juvat:
Omnibus in rebus, non ſolum epigrammate, Lector.
Quodcunque eſt bellum, dulce, bonumve, breve eſt.

56. *Duces uxorem, & alius dormiet cum ea. Deut. c. 29.*

IMpleta in noſtris hæc eſt ſcriptura diebus.

57. *Britannicæ unionis patria.*

AUtorem Monadis tulit inſula † Mona Britannæ;
Fortunata Monas filia, Mona parens.

* Audoënum Theodorum Henrici ſeptimi avum.
† Anglice, *Angleſey*, Britannice *Mon.*

58. *Ad Jacobum Regem doctiſſimum.*

ESſe bonum res eſt, me judice, rara Poëtam:
Eſſe virum, res, me judice, rara, bonum.
Eſſe bonum, res judice me rariſſima, regem.
Tu tamen es vates, vir quoque, Rexque Bonus.

59. *In Cottam.*

PRæceptum obſervat Paulinum in conjuge Cotta;
Cotta habet uxorem ſic quaſi non habeat.

60. *Tam Marti, quam Mercurio.*

NEptunus Baccho, Marti jungatur Apollo,
Miteſcit ſtudio Mars, ut Jacchus aqua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

61. *Ad Joannem Harington Equitem, Joannis Harington Baronis de Exton, unigeritum.*

EXercent inter ſe in te certamen honoris
Nobilitas, virtus, ingeniumque tuum.
Hæc tria cum ſpecto, verear cur dicere verum?
Jane tibi juvenem vix alit Aula parem.

62. *Sortilegium.* The Lottery. *Galli * la Blanque appellant.*

* *Omnis res denominanda eſt à majore parte.*

HUc quicunque venit, flet in Albo, ridet in Atro;
Lugenti potius convenit iſte color.
Candida cur damnum fert chartula, nigra lucellum?
An quia divitias Dis dat? At hic niger eſt.

63. *Ad Cœlibem.*

ESt bona res Uxor, melior Bona, at optima Nulla.
Contingat nobis Optima, Nulla tibi.

64. *In Cottam nugonem.*

SEria dum tractas obiter tu, ſerio nugas;
Serio ſtulteſcis Cotta, obiterque ſapis.

65. *In Pætum.*

COrnua Pæte geris; fuerit quis, quæritur, autor:
Ex dono autoris, ſcribito, quiſquis erat.
Ex dono autorum, lunatæ inſcribito fronti,
Autores ſemper res habet iſta duos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

66. ΔΕΛΩΤΟΝ.

HUmanæ vitæ ſcopulos ante omnia Deltas
Tres fuge, Divitias, Dæmona, Delicias.

67. *Furca, ad P. L.*

LAtronum finis funis, mors ultima merces;
Furca capit fures; hinc puta nomen habet.
At multi evaſere? dabit Deus his quoque funem.
Rarus funeſto fur ſine fune perit.

68. *De ingenio muliebri problema.*

CUr minor uxorum eſt, marium prudentia major?
Eva fuit coſtæ filia, non capitis.

69. *Minerva Eva.*

ORta Jovis cerebro nulli Sapientia nupſit;
Nupſit at è coſta conjugis orta ſui.

70. *In Helium.*

JUriſconſultos multos injuria ditat;
Helius immenſas jure paravit opes.

Unionis Britannicæ Status.

71. *Ad Regem.*

INſula lana fuit ſub Eliſa principe, ſub Te
Neta, ſub Henrico denique pannus erit.

An Bacchus ſit Deus.

72. *Ad Germanum.*

NOnne vides, ut, cum vos dulcis inebriat humor,
Summa quatit capitum Bacchus & ima pedum.
Exaltando pedes humiles, de ſede ſuperbum
Dejiciendo caput, ſe probat eſſe Deum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

73. *Ad Thomam Chalonerum equitem H. Principis Camerarium.*

ARtibus à teneris imbute fideliter annis,
Principis evexit quem, Chalonere, favor;
Te, (tu nam tenues non aſpernaris amicos,)
Non quia ſis tantus, ſed quia talis, amo.

74. *Amo, vocis Paſſivæ, Amor Activæ.*

QUiſquis amat, ſervit; dominatur, quiſquis amatur.
Quiſquis amat patitur; quiſquis amatur agit.

75. *In Julium pſeudomachum.*

JUlius in mundo non eſt; at mundus in illo eſt.

76. *Sacerdos & populus.*

PResbyteri labiis orant, Laicique laborant.
Plebs, dum pro populo Preſbyter orat, arat.

77. *In Julium II.*

ECce duo gladii, Chriſto Petrus enſifer inquit:
Ecce duæ claves, ô Petre, Chriſtus ait.
Depoſuit Petrus gladium, claveſque recepit:
Deponis claves Tu, gladiumque rapis.

78. *Similis ſimilem.*

FOemina quæque marem reperit, fœdiſſima quamvis:
Sit quamvis nebulo Davus, habet Dominum.

79. *Noſce teipſum.*

EThica jungatur Phyſicæ, te noſcere ſi vis;
Hæc docet imperium corporis, illa animæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

80. *Æquitas Mortis.*

FLumina fluminibus diſtant. Sic nos quoque nobis,
Dum ſumus in vita nos, fluviique via.
Ingreſſis pelagum ſapor amnibus omnibus idem:
Mors omnes homines æquat, ut æquor aquas.

81. *Ad Thomam Button.* 1612.

A Penitus toto diviſis orbe Britannis,
Miſſus ad occiduum, quod bene vertat, iter.
Quærito & invenies pelagi myſteria magni,
Principis Henrici: Fata viam invenient.

82. *In Gelliam fucatam.*

DIſſimilis pictura tibi eſt tua, Gellia, conſtat
Picturæ ſimilem te tamen eſſe tuæ.

83. *Certamina Magorum.*

PArmenſis magico magus in certamine nuper
Ant, ivit cunctos, dæmonis arte, magos:
Scottus enim pactum Parmenſis Dæmone fecit.
Cumque ſciente magis, cumque potente magis:
Haud ſecus in magnis regum qui militat aulis,
Sub Domino ſervus mira potente poteſt.

84. *In Ruffum Hypocritam.*

DEvotos, inquis, facit ignorantia; primum
Inter devotos do tibi, Ruffe, locum.

85. *Ad Anglos Problema.*

GAllo, Hiſpano, Italo parvi cur penditur uxor?
Gentibus his Mulier nulla videtur * Homo.

* *Hommes, Femmes: Hombres, Mujeres: Huomini, Donne.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

86. *In Cinnam Medicum.*

TOllere ſcis morbos: at quomodo? tollis & ægros;
Quodque facis (Judas ut) cito Cinna facis,
Qui tuus eſt Patiens, ô terque quaterque beatum!
Ægrotare illum non patiere diu.

87. *Habemus unum Advocatum in Cælis.*

CAuſidicum in cœlis unum (inquit Paulus) habemus;
Præter eum num qui ſunt ibi Cauſidici?

88. *Ab Ætate juvenem, moribus ſenem.*

CUr podagra inſequitur juvenem te Martis alumnum,
Muſarumque, ſenum quæ ſolet eſſe comes?
Error hic eſt morbi; morum gravitate ſenilem
Te ſimul ac vidit, credidit eſſe ſenem.

89. *Ira brevis furor.*

SIt brevis ira licet, non expedit eſſe furorem:
At quoniam furor eſt, expedit eſſe brevem.

90. *Ad Henricum* * Goodyeere *equitem Kal Jan.* 1610.

QUid tibi pro ſtrena mittam Goodyeere? precabor,
Ut poſſis nomen multiplicare tuum.

Amor activus & paſſivus.

91. *Ad Pontiam.*

SCire cupis, quid amare ab amari diſtet? Amari
Pontia, me tantum credo: at amare ſcio.

92. *Ad Principem.*

MEns mea nil præter generoſum ſomniat aurum:
Fœlix ſum tota nocte, dieque miſer.
Auxiliatricem Princeps mihi porrige dextram;
Sic ego, non ſola nocte, beatus ero.

Diviſio Arithmetica.

93. *Ad I. S. mercatorem 1607.*

DIvide nil, dum vivis, egentes inter amicos;
Mortuus invenies in Quotiente nihil.

94. *Pediculus aulicus.*

BLandus adulator per totam curſitat aulam,
Principis imprimis nobiliumque fores;
A pedibus ſic nomen habens mala beſtia totum
Infeſtat corpus, præcipueque caput.

95. *Æſculapius Trifrons.*

INtrantis Medici facies tres eſſe videntur
Ægrotanti; Hominis, Dæmonis atque Dei.
Quamprimum acceſſit medicus dixitque ſalutem,
En Deus, aut Cuſtos Angelus, æger ait.
Cum morbum medicina fugaverit, Ecce homo clamat:
Cum poſcit Medicus præmia; Vade Satan.

96. *In Galateam.*

CErvus, uti perhibent, mutat ramoſa quotannis
Cornua: quottidie vir, Galatea, tuus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

97. *Aquæ & Terræ epithalamium.*

NUlla niſi in terris generatio fit vel in undis;
Uniit ergo ſagax hæc elementa Deus.
Ut nihil humano generi generabile deſit,
Terra ſuperfuſæ ſubjacet uxor aquæ.
Uxor Aquæ Tellus, Aqua Terraque ſunt globus unus:
Res bene conveniunt vocibus; Humor, Humus.

98. *De iiſdem.*

CUr fluit ex terra, terram circumfluit Humor?
Ne quam terra ſitim ſentiat, unda famem.

Mors in ollâ.

99. *Ad Criticos palatinos.*

UT verbum vetus inquit, In olla eſt mors; an in * aula?
Nam veteres, Plauto teſte, loquuntur ita.

* *Veteribus latinis, olla & aula idem ſunt.*

100. *De diluvio duplex problema.*

CUr piſci aſſimulant ſanum * proverbia merſis
Gentibus, hæc tantum natio ſalva natat.
Cætera ſubmerſit; cur piſcibus unda pepercit?
Ne ſobolem mater perderet ipſa ſuam.

* *So ſound as a fiſh.*

101. *Carbo ligneus.*

NAtus in igne fui, periturus in igne viciſſim;
Sylvas abſumſi, dignus in igne mori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

12. *In Gelliam.*

A Teneris Papiſta fuiſti Gellia ; pejor
Papiſta nunc es, quomodo ? Catholica es.

03. *In Aulum.*

SEu gravior lecto morbus te affixerit, Aule,
Sive cavus doleat dens, ſtupidumve caput,
O utinam in cœlis eſſem ! tibi dicere mos eſt :
Dicunt hæredes non minus, O utinam !

04. *Mulier quale animal.*

SEnſu intacta caret virgo ; cum nupta maritum
Senſit, habet ſenſum, ſed ratione caret.

05. *Ratio & Oratio.*

RHetorica eſt palmæ ſimilis, Dialectica pugno;
Hæc pugnat, palmam ſed tamen illa refert.

06. *Teſtes.*

AN quia teſtamur ſexum, ſic dicimur ? an quod
Nequitiæ teſtes adſumus ambo tuæ ?

07. *In obitum Henr. Cuf. 1600.*

DOctus eras Grece : felixque tibi fuit Alpha ;
At fuit infelix Omega, Cuffe, tuum.

08. *In Feſtum.*

UXorem jam Feſte ſenex vis ducere ? doctam
Angligenæ Lili conſule Grammaticam ;
Illic invenies Indeclinabile Cornu :
Hunc ſcopulum pauci præteriere ſenes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

109. *Thomas Morus.*

QUid de ſe fieret, meditans in carcere Morus,
Inſpicit urinam: nil ibi triſte videt.
Urinam Regis potius luſtraſſet, in illa
Vidiſſet mortis turbida ſigna ſuæ.

110. *In Cornelium.*

COrnutum te, Corneli, ſcis, eſſe, taceſque,
Non Cornelius es tu modo, ſed Tacitus.

111. *Triplex mendacium in Tullum.* { *Dictum. Fictum. Pictum.*

SCulptorum eſt, mendacia fingere; pingere munus
Pictorum; cujus dicere, Tulle? tuum.

FINIS LIBRI PRIMI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM JOANNIS AUDOENI CAMBRO-BRITANNI,

AD HENRICVM PRINCIPEM,

LIBER SECUNDUS.

1\. *Ad Henricum Principem VValliæ, Optimum Maximum.*

OPtima det tibi velle Deus, veriſſima ſcire:
Hæc cuicumque dedit * maxima poſſe dabit.

* *Magnum eſſe bonum eſt; Doctum, melius; Bonum, optimum.*

2\. *Ad Jacobum Magnæ Britanniæ, Franciæ, Hiberniæ, &c. Regem Opt. Max.*

OMnia formidant, formidanturque tyranni:
Semper habet comitem vis metuenda metum.
Cur metuas, cauſæ nihil eſt, Rex maxime regum,
Optime Rex, cauſæ eſt, cur metuare, nihil.

3\. *Hyſteron, Proteron.*

HYſteron eſt Proteron præpoſtera forma loquendi:
Exempli cauſa: Cant'Brigia Oxonium.

4\. *In decrepitum tertiæ uxoris virum.*

PRima tibi Clotho, Lacheſis fuit altera conjux,
Atropos eſt vitæ tertia nupta tuæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

5. *Amor.*

LIbertas, carcer, pax, pugna, dolenda voluptas,
Spes metuens, mel, fel, ſeria, ludus, Amor.

6. *Minos.*

QUi pro juſtitia poſcit ſibi munera Minos,
Eſt ſimilis piſci, quando capit, capitur.

7. *Dubitantius.*

SUſpicor alterutrum, ſcio neutrum, utrumque paratus
Credere; Phœbus erit, qui mihi dicet, utrum.

8. *Ad Adamum Neuton, H. Principis à Secretis.*

MOres mutat honos hominum plerumque priores.
Moris id eſt; non eſt mos tamen ille tuus:
Mutatus non mutaris; mirabile, tradunt
Se fortunæ alii, traditur illa tibi.

9. *Ad Tho. Puckering, Equitem & Baronetum.*

CAre tuum, Thoma, ſi fas tam priſca referre,
Ingenium colui nobile primus ego:
Doctor ego, Puckringe, fui tuus, optime, primus:
Non ſum quod fueram, ſum tamen uſq; Tuus.

10. *Tres hauſtus.*

PRæteritam primus, præſentem proximus hauſtus,
Venturam extinguat tertius iſte ſitim.

11. *Ænigma duplex.*

DIc mihi quæ fuerit, matri quæ * filia nupſit?
Cujus erat † mater maſcula, Nemo * pater?
** Eva † Adamus, * Deus.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

12. *De fide, Anagramma quintuplex.*

RECTA Fides CERTA eſt, ARCET mala ſchiſmata: non eſt,
Sicut CRETA, Fides fictilis: arte CARET.

13. *Ad Edoardum Coke equitem, Juris prudentiſſimum Judicem, &c.*

NAturæ notum tibi jus, naturaque juris,
Lis, & uterque tuo pendet ab ore cliens.
De ſcripto reſponſa Britannus Apollo dediſti,
Clara magis, quam quæ Delphicus ore dedit.
Præſentes dirimis lites, tolliſque futura
Jurgia, præſentes voce, futura manu.

14. *Inſtrumentum Mathematicum, vulgo dictum* A Jacobs Staffe, *Ad Mathematicum.*

JAcobi baculum tibi ſumito; da mihi * ſcalam;
Monſtrabit baculo plus mea ſcala tuo.
*Jacobi Scala, Gen. c. 28. v. 12.

15. *Situs Terræ.*

TErra ſtat æternum, Salomoni credere ſi fas;
Si fas Naſoni credere, Terra ſedet.
Feſſa vacillaret tandem, ſi Terra ſederet;
Si ſtaret, caderet, quid facit ergo? jacet.

16. *Ad prudentem & fortem virum, Hen. Davers Baronem de Danteſey.*

IN te Fortunam virtus, prudentia caſum,
Servilem ſuperat ſpes generoſa metum.
Te ſequitur Fortuna comes, prudentia ducit;
Nulla (niſi excipiam Numinis) arma times.
Pergito tu, quocunque vocat Rex: Te duce victor
Miles erit; Dux te milite victor erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

17. *Epitaphium mortis, Ad mortis mortem.*

IN cruce mors obiit: nunquam de morte reſurget
Mortis erat ſtimulus mors tua: crux, tumulus,

18. *De Papa & Luthero.*

PApa pater multas indulgentiſſimus unus
Ex purgativo liberat igne animas.
Martinus Papis pater indulgentior unus,
Omnibus eſt; omnes eximit inde Luther.

19. *De Deo & homine.*

IPſe Deus verbum eſt: fecit Deus omnia verbo!
Verba homines facimus, nos quoque verba ſumus.

20. *Ad Georgium Carevv Equitem, præfectum curiæ pupillorum.*
1612. Juin. 13.

DUm pupillorum commendat Rex tibi curam,
Se meriti curam monſtrat habere tui.

21. *De jejuniis.*

PApa ſuo cur tot jejunia ſervat in anno?
Ut ſucceſſorem ſe probet eſſe * Petri.
* *Piſcatoris.*

22. *Metamorphoſis nova.*

EFficiunt hominem vir & uxor amabilis unum,
Sic homo fit quadrupes, qui fuit ante bipes.

23. *In non-nullam.*

NErvum inflammaſti Fabiano; jam Fabianus
Dicere jure poteſt; Uror amore tui.

24. *Aurum ex ſtercore.*

COnductor foricarum ex ſtercore colligit aurum
Et duo præterea, Ruſticus & medicus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

25. *Fronti nulla fides.*

UXoris crimen ſcriptum eſt in fronte mariti;
Vir tamen eſt calamus, fœmina charta viri.

26. *Ad Guillelmum Ravenſcroft, J. C. cælibem.*

COEleſtem vita degens in cælibe vitam,
Quod poſſunt pauci, tu potes eſſe tuus.
Cognati natorum inſtar tibi ſint, & amici,
Dum tibi cognatus ſim vel amicus ego.

27. *Hiſtoria hujus temporis.*

LEx fuit hiſtoriæ vetus hæc, ne dicere falſum
Audeat, & verum dicere ne metuat.
Hæc eſt hiſtoriæ nova lex; ne dicere verum
Audeat, & falſum dicere ne metuat.

28. *Dos formoſæ.*

FOrmoſam nudam volo; nudam non volo formam;
Quæris cum forma quid volo? materiam.

29. *Virgo Gallica.*

GAllica virginitas parvarum eſt propria virtus,
Virginis hunc titulum ſola * Puſilla gerit.

* *Pucelle Galli virginem vocant.*

Virgo Anglica.

NE quid vicinis conceſſerit Anglia Gallis,
Anglica quæq; fere virgo Platonis homo eſt.

30. *In Nobilem novum.*

MAter erat netrix, pater in mare retia jecit;
Inde tuum decorat linea longa genus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

31. *Ænigma Penelopes ad procum.*

EST * quiddam quod pene nefas mihi dicere verſu,
Hoc tibi vis totum, Pontiliane, dari.
Syllaba prima meo debetur tota marito:
Sume tibi reliquas, non ero dura, duas.

** Oſculum.*

32. *Bias.*

OMnia qui dixit mea mecum porto, videtur
Uxorem ſapiens non habuiſſe, Bias.

33. *Chroſoſt. Græcus ab Heur. Savello Equite doctiſſ. correctiſſime editus Ætone.*
Ad Henricum Savellum.

VItam in carne pius primam Chryſoſtomus egit;
Nunc vitam, exutus corpore, mentis agit.
Vivit & in ſcriptis; Naturæ debita matri
Prima, ſecunda Deo, tertia vita tibi.

34. *Philoſophi uxor.*

VUlcani formoſa Venus, Jovis inclita Juno
Uxor erat, nulli nupta Minerva viro.
Cur ita? Pallas enim cum ſit Sapientia, nulli
Nubere vult homini, cur? quia nemo ſapit.

35. **Propria quarto modo.*

MEntitur quiſquis Communem Thaida dixit;
Thaida ſemper habet ſolus & omnis homo.

** Omni homini, ſoli & ſemper.*

36. *Stultorum par.*

CLaudius eſt * mulo ſimilis, Gorgonius † hinno;
Quod ſit iners, matri debet hic; ille patri.

** Ex equa & aſino fit mulus; * ex equo & aſina hinnus. Var. de re Ruſt. l. 2.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

37. *Ad Edoardum Sackeville, ex Galliis reducem, Comitis Doceſtriæ unicum fratrem.*

INgenium Natura domi tibi provida mater,
Conſilium peregre reſque locuſque dedit.
Sirenum fugiens cantus & pocula Circes,
Unde redis ſenior, ſanior inde redis.

38. *De Zelotypia Anglico-Gallico-Italica.*

CUr Itali longe gravius quam Gallus & Anglus
Uxorem luſus, oſcula, furta ferunt?
Beſtia pejor ave eſt, cui nupſit adultera conjux:
Italus eſt * quadrupes, Gallus & Anglus † aves.
Gallus & Anglus aves, quadrupes eſt Italus? ergo
Ex tribus his ſolus cornua fert Italus.

* *Becco cornuto, hircus.* † *Un Cocu, Gal. Angl. A Cuckold. Cuculus.*

39. *Sapientia Socratica.*

OMnia me, dum junior eſſem, ſcire putabam:
Quo ſcio plus, hoc me nunc ſcio ſcire minus.

40. *Menſa rotunda Regis Arthuri.*

INſcribi ſeptem ſapientum nomina juſſit
In tereti ſapiens Delphicus orbe Deus.
Sic, Arthure ſagax, eques unuſquiſque tuorum
In tereti menſa primus & imus erat.

41. *Subſidium.*

REgem anima & nummis Eccleſia, corpore vulgus,
Nobilitas opibus corporibuſque juva.

42. *Novus orbis.*

NEſcio quot Cabaliſtarum ſchola myſtica mundos,
Aſſerit; innumeros eſſe Epicurus ais;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

At bene ſi numeres, duo ſunt : rerum ille vetuſtus;
Verborum, in quo nunc vivimus orbe, novus.

43. *Janus Briſons.*

INgenii virtus reminiſcendique facultas ;
Iſta quod à tergo eſt, illa quod ante, videt.

44. *Corpus terræ.*

TElluris lapides ſunt oſſa, metallaque nervi,
Pellis cruſta, pili gramina, ſanguis aqua.

45. *Ad Pannicum de Mauro.*

INter te dominanq; tuam ſua, Pannice, Maurus
Dividit ; uxori res, tibi verba dedit.

46. *In Paulam Anglicam fucatiſſimam fœminam.*

FUcata facie, fucoſis fallere verbis
Mos tuus ; in fuco fanda nefanda facis.
Ignavum fucos pecus à præſepibus arces,
Paula, tamen tuus eſt quid, niſi fucus, amor?

47. *Medicus & J. C.*

DAt Galenus opes, dat Juſtinianus honores,
Dum ne ſit Patiens iſte, nec ille Cliens.

48. *Ad Edoardum VVotton, Baronem Regi à Conſiliis, &c.*

MOrtuus eſt, ceſſitque loco cultiſſimus Heros,
Qui fuit arbitrio Palladis, ante tuus.
Non erit hoc, Edoarde, loco te dignior alter ;
Te VVottone, locus dignior alter erit.

49. *Anagramma, Galenus, Angelus.*

ANgelus es: bonus anne malus, Galene? ſalutis
Humanæ cuſtos ; Angelus ergo bonus.

50. *Amor cæcus malè audit.*

NOn videt uxoris delicta maritus amator :
Nullus amat vere vir, niſi cæcus amat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nil oculo contra dominam, nil creditur auri;
Eſt igitur ſurdus, non modo cæcus. Amor.

51. *In Dindymum mercatorem.*

ARtis Arithmeticæ didiciſti, Dindyme, partes
Tres primas: quartam diſce, beatus eris.

52. *Anagramma, uxoris.*

INſaturabile par ſunt * orcus & uxor: ait Rex,
Unius experiens, alteriuſque ſciens.
Quiſquis in uxorem cecidit, deſcendit in orcum;
Rite inverſa ſonant *Ucſor & Orcus* idem.

* *Prov. v c. 50. v. 15.*

53. *Reſponſio.*

NUncupor *ucſor* ego, non ſum quaſi conjugis *orcus*;
Sed quia per totam ſedula *curſo* domum:
In muliere vir eſt, ut in orco Belzebub? ergo
Infernum ſi ſit fœmina, vir Satan eſt.

54. *Religioſus.*

QUod bene fit, male fit, nimium ſi fiat aperte;

Politicus.

Occulte dum fit, quod male fit, bene fit.

55. *Tres Livæ.*

JUno caſta, Venus meretrix; virgo optima Pallas,
Eſt inter Divas rara Minerva duas.

56. *Proteus Anglicus.*

UTilia hæc ætas in amictu & honeſtas reliquit:
Nos jucunda juvant ſola; dinque nihil.

DUO PROTEGIT UNUS.

57. *Dictum H. IV. Regis Francorum.*

GAllorum Rex regna, inquis, duo protegit unus;
Protexere tuum nec duo regna caput,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

58. *Ortus & ſitus Solis.*

SOl inter ſeptem quartus mediuſque Planetas?
In quarto & medio Sol ſitus ut * ſatus eſt.
* *Quarto die creatus Sol.*

59. *Cæſaris, Pompeji & Craſſi ſepulchra.*

AFrica Pompeji tellus, Aſiatica Craſſi,
Tertia pars mundi Cæſaris urna fuit.

60. *Ædes urbanæ urbaniſſimæ, Henrici comitis Northamtoniæ.*

ARguit affectus domitos, mentemque polite
Compoſitam domini, compoſitura domus.
Inſanas quicunque ſtruunt ex tempore moles,
Exemplo diſcant ædificare tuo.

61. *Ad Oranum.*

COnnubio jungam ſtabili propriamq; dicabo,
Sæpe tibi dives dixit, Orane ſocer:
Connubio nimium ſtabili tibi jungitur uxor,
Inſtabilis cum ſit, quem profitetur, amor.

62. *In Fœlicem.*

PEr totam Fœlix holoſericus ambulat urbem,
Qui vix toto urbes vidit in orbe duas.
Qui mores hominum multorum vidit & urbes,
Mendicat panem pauper, in urbe ſua.

63. *Fr. Drake.*

AMbitio *Draki* nullo reticebitur ævo,
Ambivit Terras, per mare, *Drakus* Anas.

64. *Homo.*

NIl fueras, ſed nec potes hoc meminiſſe, priuſquam
Natus eras, aliquid cum morieris, eris.

De

65. *De Phœbo & Neptuno.*

SOl celer eſt, at Sole tamen velocius æquor:
Itque reditque die Sol ſemel; at mare bis.

66. *Uxor vi (n) cta.*

VIncitur niſi lingua prius, non vincitur uxor:
Uxorem ſolus qui ſuper-it ſuperat.

Nuda veritas.

67. *In Alethum.*

SI poſſet Virtus (inquit Plato) nuda videri,
Mirus in hanc hominum conciperetur amor;
Vidit apud Venetos (ſi credere fas ſit) Alethus
* Virtutes nudas, & vitiavit eas.

* *Quatuor meretriculas, virtutum nominibus inſignitas.*

68. *De Baccho & Byrrhia.*

LAudatur vinum ſimplex, cervifia duplex.
Eſt bona duplicitas: optima ſimplicitas.

69. *In Gelliam.*

GEllia Materiæ res una ſimillima primæ:
Hæc omnes formas appetit, illa mares.

70. *In Papilum canos evellentem.*

NIl opus eſt capiti canos evellere crines,
Papile: Græcari pergito; ſponte fluent.

71. *Ne ſitis multi magiſtri.*

DIſcipulus dum vult nemo, quiſque eſſe Magiſter:
Omnes diſcipuli, nemo Magiſter erit.

72. *Ad Henr. VIII. Fidei Defenſorem.*

HUnc titulum Regi Florum Regique Leonum
Florentinus homo dat tibi Papa * Leo.

* *Leo X. natione Florentinus, anno* 1521.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

73. *Ad L. P.*

CUm titulo gladium Regi, Leo Papa, dediſti ;
Te negat hoc titulo Rex, gladioque necat.

74. *Superbia vitæ.*

EX humili licet ortus homo tellure, tumeſcit :
Sit licet ex nihilo nata, tumeſcit humus.
Sic homo, ſicut humus, ſupra ſe tollitur ipſum :
Monte ſuperbit humus ; mente ſuperbit homo.

75. *Ad Guarenum Tounſend. J. C.*

NOn tua ſe ad ſcenam componit lingua forenſem,
Non tua vox querulo proſtat avara reo.
Naturæ contemplaris myſteria matris ;
Scripturam, leges hiſtoriamque legis.
Tres Charites, ſeptemque artes, ter treſque ſorores
Te prohibent cauſas dicere : noſſe docent.

76. *Geneſis & Evangelium S. Matthæi.*

EXplicat hic Chriſti Geneſin liber, alter Adami :
Incipit à Geneſi Lex, & Evangelium.

77. *Quidam, nemo.*

IN ſacris, homines Animas Hebræa vetuſtas
Appellat ; tanquam nil niſi mens ſit homo.
Nemo Anglis *Nobody* eſt, & Quidam *Sombody* tanquam.
Anglicus ex ſolo corpore conſtet homo.

78. *Amatorium.*

SI tu Zodiacus fieri, mea Lesbia, velles,
Hac ego Sol fieri conditione velim.
Zodiacum in toto percurrit Sol ſemel anno ;
Aſt ego te quavis, Lesbia nocte ſemel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

79. *Ad librorum Caſtratores.*

QUi ſapitis, nolite meum caſtrare libellum,
Gignat adhuc alios ut liber iſte libros.

80. *In Gelliam Aulicam.*

GEllia dic ſodes, multis cur prodiga præſtas
Uni promiſſam remque fidemque viro?
Mos vetus eſt, & adhuc noſtra ſervatur in aula,
Pluribus ut pateat clavibus una ſera.

81. *Evæ & ſerpentis Conciliabulum.*

PEccatum peperit ſermo ſerpentis & Evæ;
Ille utinam mutus, ſurda vel iſta foret.

82. *Ad Robertum Jonſton Scoto-Britannum.*

INgenii Joſtone tui ſum factus amator,
* Hiſtoriæ legerem dum monumenta tuæ;
Nil magis ingenium, nihil ingenioſius extat
Tergeminæ Britonum gentis in hiſtoria.
Excipias unum Morum de Rege Richardo;
Nemo Britannorum dignior invidia.

* *Nondum in vulgus editæ de rebus Britannicis & Hibernicis ſui temporis.*

83. *De ſe ipſo.*

SUm, fateor, doleoque: minorum ex ordine fratrum,
Frater, opes patrias & bona, major habet.

Vende omnia quæ habes, & da pauperibus.

84. *In Pætum.*

COnſilii partem ſervaſti, Pæte, priorem,
At pars neglecta eſt poſtera tota tibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nam venum bona cuncta dediſtl ; eademque dediſti
Aut Veneri aut ventri ; pauperibuſque nihil.

85. Nec { ex malis minimum / ex bonis maximum. }

O Prima ſit quamvis, uxorem nolo gigantem ;
Uxorem nanam nolo, licet mala ſit.

86. *Sirenum cantus.*

SI renum cupis incolumem ſervare ſalutem,
Sirenum cantus effuge ; ſanus eris.

87. *Epiſtola amatoria.*

NUllus Amor ſine ſpe, dubius qua vivit amator ;
Nulla placet ſine re ſpes mihi, res ſine te.

88. *Amor cæcus.*

EBrietas & amor ſimiles ; extinguit uterque,
Corporis, ebrietas lumina ; mentis, Amor.

89. *S. T. Divitis Teſtamentum.*

OMnia das, quia nil potes hinc auferre : dediſſes,
Si tecum poſſes omnia ferre, nihil.

90. *Aer, Aqua, Terra Infernum.*

TErra ſupernorum ſordes immunda receptat :
Terræ immundities Orcus in ima trahit.
Quidquid in orbe mali eſt, aliquando feretur in orcum,
Fertur ut in centrum quidquid in orbe grave eſt.

91. *Zodiacus Chriſtianus.*

COetus Apoſtolicus, cœleſtia ſidera bis ſex ;
Zodiacuſque Fides ; Sol mihi Chriſtus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

192. *Eraſmi encomium Moriæ.*

STultitiam non tu laudaſti ſolus Eraſme ;
Te laudant multi , ſtultitiamque tuam.

93. *In Gymnicum paſtorem.*

PAſcis oves verbis, te, Gymnice, grex alit herbis :
Scis decimare agrum , non medicare gregem.

94. *In Dardanum.*

PAllor in ore ſedet , macies in corpore toto ;
Dardane : nil in te eſt pingue , niſi ingenium.

5. *Placitum anno 1609. inter Rob. Calvin. Actorem & Joannem Bingley, & Ricardum Griffin Reos.*

CUm poſt-natorum lis eſt agitata , Robertus
Jacobi vicit filius , omen habet.
Quod fuerit reus Anglicus alter , VVallicus alter,
Scotus utrumque actor vicerit , omen habet.
Omen amo ; Britones jungent jam pectora palmis ,
Non erit in partes Inſula ſecta duas.
Poſt-nati natorum & qui naſcentur ab illis ,
Grex paſtoris erunt unius unus. Amen.

6. *In diſcordias noſtri temporis.*

DEfinit Logicus res, non modo dividit; At nos
Nil definimus , Omnia dividimus.

7. *Ex malis moribus bonæ leges.*

COnditor inſonti legem præſcripſit Adamo ,
Moribus ergo malis lex fuit una prior.

8. *Quatuor Articuli Fidei.* 1. 2. 3. 4.

UNum crede Deum , duo Biblia , ſymbola terna ;
Quartam Conciliis quattuor adde fidem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

99. *Ad H. Principem*

UT viſum fugit urſa leonem, magna minorem,
Maxima ſpes minima re veniente fugit.
Spes mea Te ſpectat, fortunatiſſime Princeps:
Tu mihi ſpem miſero tolle, beatus ero.

100. *Ad Lectorem.*

EXuo Narciſſum, quoties Epigrammata ſcribo,
Exuat hunc, quiſquis carmina noſtra legit.

FINIS SECUNDI LIBRI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM JOANNIS AUDOENI CAMBRO-BRITANNI.

AD CAROLUM EBORACENSEM fratrem Principis, filium Regis.

LIBER TERTIUS.

1. *A Iove principium.*

PRincipium Deus ipſum: In principio Deus ipſo,
Et poſt principium, principioque prius.
Principium ſine principio eſt: A principio iſto
Principium capiunt omnia principia.

2. *Ad Lectorem.*

CArmine veſtitos præmiſimus ante libellos:
Qui ſequitur, nudus non venit, ecce, liber.
Si qua manent, meliora putas: Tu candide Lector
Quod ſperes, Autor quod vereatur, habet.

3. *Ad Carolum, Ducem Eboraci.*

ALtera ſpes Regis, regni ſpes altera, ſolo
Principe Cambrorum, Carole Magne, minor.
Conſiliis Fullertoni doctique Moravi
Utere: conſilio Dux duce ſemper eget.
Eſto quod es: patri ſimilis, fratrique ſecundus;
Nemo tibi ſimilis, nemo ſecundus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

4. *Ars memoriæ.*

SImonides olim memorandi repperit artem ;
Nullus adhuc artem repperit ingenii.

5. *Res , Nomen , & Verbum.*

OMnipotens omnes res condidit ; indidit illis
Nomina vir ; mulier denique verba dedit.

6. *Redemtio , & Regeneratio.*

NOs Satan à muliere emit , Chriſtus quos redemit ;
Chriſtus nos lavit , quos maculavit Adam.

7. *Liberalitatis laus.*

QUod datur , æternum durat , ſequiturque datorem :
Dantem & captantem , munus utrumque juvat.

Bibliotheca nova Oxonienſis.

8. *Ad Lectores.*

QUæritis Autores ? coram quem quæritis adſum ;
Quiſque in claſſe ſua claſſicus autor ait :
Tanti operis , quantum reliquo vix extat in orbe ,
Quæritis Autorem ? Bodleus autor erat.

9. *Ad Academiam Oxonienſem.*

NUlla tuæ par Bibliothecæ eſt altera : nulla
Ingenio par eſt Bibliotheca tuo.

10. *Ad Annam Reginam.*

ES ſoror, & conjux, genitrix , & filia Regis ,
Addere quid titulis poſſumus , Anna , tuis ?
Quattuor his titulis virtutes quattuor addis ;
Addere virtuti nil potes , Anna , tuæ.

11. *Ad Elizabetham, Regis filiam, &c.*

MUltorum, longa ſerie, de ſanguine regum,
Regis digna toro, Cæſare digna viro;
Si, Te dum dignus ducat vir, virgo manebis,
Fas tibi perpetua virginitate frui.

12. *Sermo & Scriptura.*

INterpres linguæ manus eſt, at muta, loquentis;
Pectoris ut muti nuncia lingua loquens.

13. *Novus Homo.*

QUod ſupereſt, de pelle tua depelle vetuſtum;
De cute peccati decute triſte jugum.

14. *Anagramma ſalutare.*

OPto tibi multam, nullam tibi poto ſalutem;
Eſt potior pota ſicca ſalute ſalus.

15. *Fructus vetitus.*

NUdus Adam vetita quod vulſit ab arbore malum
Haud fuit, at malo pejus; Origo mali.

16. *Kal. Januarii.*

TRos inquit; timeo Danaos & dona ferentes,
Quis Danaus? pauper. Tros quis? avarus homo.

17. *In Alconem.*

NOn habet Alco fidem; nummum vult credere nulli;
At credunt omnes illi; habet Alco fidem.

18. *Ad Robertum Garey, Equitem, rectorem juventutis Caroli Eboracenſis.*

ELizabeth Regina tuo ſobrina parenti,
Nominis & generis gloria quanta tui?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Creditus eſt Britonum Regis tibi filius : illa
Gentis, at hæc major gloria mentis erit.

19. *Exemplar.*

EXemplo virtus bene diſcitur atque docetur ;
Qui dare mi ſuadet pauperibus, ſua det.

20. *Medium duplex.*

IN medio conſtat Tellus, tamen infima res eſt ;
In medio virtus, res ea ſumma tamen.

21. *N. O.*

N Præit, O ſequitur ; Nihil eſt antiquius Omni ;
Scilicet ex Nihilo condidit Omne Deus.

22. *Ad Jacobum Fullerton Equitem, Rectorem Juventutis Caroli Eboracenſis.*

FUllertone tuæ decus ô doctiſſime gentis,
Eſt in tutela Regis imago tua ;
Quæ ſibi diſſimilem ne ſumat imago figuram,
Fullertone tuum eſt hoc onus : hic honor eſt.

23. *Sanctitas, Sanitas.*

NEmo diu, bene quiſque poteſt, at vult bene nemo
Vivere ; viſne diu vivere ? vive bene.

24. *Oves & Capræ.*

AScendunt rupes & promontoria capræ ;
Gramine collino dum ſaturantur oves.
Sic nunc eſt : olim non ſic erit, ad loca quando
Summa ferentur oves, inferiora capræ.

25. *Navis.*

PUppis cauda, carinaque venter, proraque roſtrum ;
Velaque ſunt alæ ; totaque navis avis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

26. *Ad Tho. Moravium Caroli Ducis Inſtitutorem.*

SI Jacobinum fas dicere Regis amicum,
In Jacobinis me profitebor ego.
Si Scoto quicunque favet Scotiſta vocetur,
Sum Scotiſta: nec hoc inficiabor ego.
Tu me Thomiſtam totum, doctiſſime Thoma,
Tu me Scotiſtam, Scoto-Britanne, facis.

27. *Sanguine non virtute.*

ANtiquum eſt, virtute decet, non ſanguine niti:
Non meritis tamen, at ſanguine nitar ego.
Non, inquam, virtute decet ſed ſanguine niti:
Non virtute mea: ſanguine, Chriſte, tuo.

28. *Sol & Tempus.*

SOl celer eſt, at Sole tamen velocior hora:
Hora ſtetit nunquam; Sol aliquando * ſtetit.

* *Joſuë* c. 10. v. 12.

29. *Sanguis.*

SUm crudus, vocor inde cruor: per corpora curro,
Volvor, & in venis ſanguis ut anguis eo.

30. *In Pannicum divitem inertem.*

QUod fortuna favet fatuis, mihi credere non vis:
Si mihi non credis, Pannice, crede tibi.

Brevitas.

31. *Anagramma triplex.*

PErſpicua brevitate nihil magis afficit aures,
In *verbis, ubi res* poſtulat, eſto *brevis*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

32. *Tumulus I. Puckering cuſtodis magni ſigilli.*

CErnis in hoc tumulo tres fratres, quinque Sorores.
E quibus una deeſt: unus adhuc ſupereſt.

33. *Homerus.*

MEntiri cæcum cur nemo miretur Homerum?
Auritus teſtis, non oculatus erat.

34. *Eraſmus.*

QUæritur, unde tibi ſit nomen Eraſmus? Eras mus.

Reſponſio.

Si ſum Mus ego, te judice, Summus ero.

35. *Parum, Nihil: Nimis, ſatis.*

PAuper in orbe parum, mendicus nil habet uſquam;
Dives habet nimium; quis, niſi nemo, ſatis?

36. *Ad Henricum VVoton, Equitem, Regis Legatum, &c.*

IN dubiis, Wottone, meī non immemor olim,
Serio, ſero licet, ſum memor, ecce, tui.
Nuper apud Venetos legatum, jamque Sabaudos,
Fallor? an in patriam proſpera vela vehunt?
Regis opus, penſare tuos, Henrice, labores;
Neſcio (Secretum eſt) quando; aliquando, ſcio.

37. *Reſpice finem.*

OMega diſtinguit miſero non Alpha beatum:
Ante obitum fœlix nemo; nec ante miſer.

Sabbatum polare.

8. *Ad Polares.*

UNa dies veſtrum nox unaque terminat annum,
Septimus eſt annus ſeptima veſtra dies.

9. *Ad deſiderantes legem Salicam.*

FRancorum laudat legem nova ſecta virilem,
Ne regat imbellis Martia regna colus,
ege regi regnum Salica vultiſme Britanni ?
Eſte viri fortes; incipitote domi.

o. *Ad G. Gvvyn.*

IN laudem, Gwaltere, tuam gratantia quare
Diſticha non facio ? Tu meliora facis.

1. *Iri & Crœſi Epitaphium.*

DIvitis exiguum eſt Crœſi diſcrimen, & Iri
Pauperis: hic tumulum non habet, alter habet.

2. *Menſis intercalaris, 1612.*

CUr quarto ſolus creſcit Februarius anno?
Hic minimus Lunæ menſis ab orbe fluit.

3. *In Fœlicem.*

DIves eras dum vivus eras, pauperrime Fœlix:
In Lazari malles mortuus eſſe loco.

4. *Decem Principia.*

UNa Categorias in ſe Subſtantia ter tres
Continet, ut Muſas unus Appollo novem.

5. *Logica.*

NAſcitur in tenebris, animal, puer, inſcius, infans:
Conferat Oxonium ſe; cito fiet homo.

46. *Ad Sam. Daniel.*

CUr calamum tractas dextra, gladiumque ſiniſtra?
Eſt tibi Mars lævus, dexter Apollo tuus.

Novitas.

47. *Ad Paulum.*

DIſplicet inſipiens novitas, delira vetuſtas
Non placet: eſt vero nil mihi, Paule, prius:
Non ego ſum veterum, non aſſecla, Paule, novorum:
Seu vetus eſt, verum diligo, ſive novum.

48. *Humilitas.*

UBeriora ferunt valles, brevioraque montes
Gramina: multum humilis mens ſapit, alta parum.
Mens mons eſt, montiſque cacumen mentis acumen:
Omne cacumen inops eſt, & acumen iners.

49. *Tres Philauti.*

PRoximus ipſe Egomet mihi ſum: tibi proximus es Tu:
Quid prohibet quin ſit proximus Ille ſibi?

Dies Sancti Marci.

50. *Ad Marianum Paſtorem.*

CUr ovibus, non ſigna capris imponimus? olim
Servabuntur oves, non, Mariane, capræ.

51. *Ad Dindymum.*

TEmpore tempus edax edit omnia, Dindyme: ſed tu.
Dum nugando teris tempora tempus edis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Terræ Anagrammata Duo.

52 *De Cœlo & Terra paradoxon duplex.*

MObile non errat Cœlum : ſtat Terra, ſed *errat*,
Funditus in varias undique ſecta vias.
Errantum pedibus calcabor, humillima Tellus,
Vomere proſcindar, dumque ero Terra, *terar*.

53. *Annus.*

VEr, Æſtas, Autumnus, Hyems ſunt integer annus :
Æſtas Autumno, Vere levatur Hyems.

54. *Cliens.*

PHarmaca ſi cauſæ vis applicet apta patronus,
Cauſidico clines callide crura Cliens.

55. *In Avarum.*

NOn vis ut modico major pede calceus extet :
Cur tibi quæris opum plus, tibi quam ſit opus ?

56. *Patiens inverſus, & Pati-entia diviſa.*

ESſe volo Patiens ſi nolo, cogor ; At in ſpe
Hac ego fio potens Entia cuncta pati.

57. *Serpens, Eva, Adam.*

INcautam ſerpens fallit, non fallitur, Evam ;
Fallitur, haud fallit, conjuge captus Adam.
Activus muliebris erat paſſivus & error.
Fallitur & fallit fœmina ; capta capit.

58. *Cygnus.*

CUm me fata vocant, ad amœni fluminis oram
Me moriens mœſto carmine ſolor, Olor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

59. *Ad Polydorum.*

EST Ablativo melior, Polydore, Dativus
Dives; & accipiens munera dante minor.
Heu nimium crebro nunc Ablativus in uſu eſt;
In pretio rurſum quando Dativus erit?

60. *Ad Aldinum.*

SErvus es infelix dominorum, Aldine, duorum,
Alter enim tibi nihil dat; nil alter habet.

61. *Continentia triplex.*

QUidquid turpe vides aut audis; claude feneſtras?
Ne temere effundas frivola; claude fores.

62. *Saturni tres filii.*

NUmmipotens unus fratrum, qui præſidet Orco;
Amnipotens alter; Tertius Omnipotens.

63. *Senex juvenem alloquitur.*

EST mea vita brevis, nec tempore longa futura eſt,
Eſt tua longa; brevi fiet & illa brevis.

64. *De libro.*

OXoniæ ſalſus, (juvenis tum) more vetuſto;
Wintoniæque (puer tum) piperatus eram.
Si quid ineſt noſtro piperiſve ſaliſve libello,
Oxonienſe ſal eſt, VVintonienſe piper.

65. *Ad Theodorum Deo-datum, Medicum.*

NOmine Tu Grajo Theodorus es, atq; Latino;
Arte potens * Phœbi, ter Theodorus eris.

* *Medicum creavit altiſſimus. Altiſſimus creavit de terra medicinam. Eccleſiaſt. cap. 38. verſ. 14.*

In

6. *In Quintum.*

IUrandi didiciſti Adverbia quattuor olim :
Tum puer : at nunc vir millia, Quinte, quater.

7. *Ad iracundum.*

IRa cadat cum Sole, at non cum Sole reſurgat :
Semper cum Phœbo currat ad Antipodas.

8. *De Pallio & Tunica.*

CÆruleas olim tunicas manicaſque gerebant
Anglorum Davi, deſidioſa cohors.
Pallia nunc geſtant : cur pallia ? veſte ſub iſta
Hic cyathum pulchre palliat, ille capum.

9. *Mors.*

HUmanum in terris nihil eſt quod non ſit humandum :
Avolat hinc animus : cætera ſorbet humus.

0. *In Pontium Poëtam.*

CLaudicat & ſemper titubat pede Pontius uno;
Hexametrum in greſſu Pentametrumque refert.

71. *In Fabianum.*

TU vel quod dicis facito, vel dicito ſaltem
Quod facis, At neutrum tu fabiane facis.

72. *Edere libros.*

ACcidit hoc mihi ſæpe volenti ſcribere verſus;
Ut libros edam plenus, inanis edam.

73. *Hilarem Datorem Diligit Dominus.*

MUnera ne numera, miſeris quæcumque dediſti :
In cœlis numerat, munerat illa Deus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

74. *In Quintum Ramiſtam, tertium patris filium.*

UNa duos tantum ramos quaſi germinet arbo[r]
Dividis in partes omnia tota duas.
Si rerum fieret diviſio quæque bimembris,
Eſt tua de patriis pars quota, Quinte bonis?

75. *Arma Cupidlnis, arcus & calami.*

NUdus Amor cur offenſivis utitur armis,
Non defenſivis? Omnia vincit Amor.

76. *De pr(o)ſâ & aſtricta oratione problema.*

CUr vinctus velocior eſt quam ſermo ſolutus?
Iſte pedes ſermo non habet, alter habet.

77. *Cœlum.*

NUminis immenſi ſedes ampliſſima cœlum?
Omni-potens Dominus, Omni-patenſque domus.

78. Ἄριστον μὲν ὕδωρ.

UNde renaſcuntur mortales unda vocatur?
A qua naſcuntur cuncta, vocatur aqua.

79. A Ceſt of Boxes. { *Suſcipio.* / *--Scipio-* / *---Pio.* } *Pyxidum Trias.*

PRo patria patribuſque mori, populoque Latino,
Corde animoque Pio Scipio ſuſcipio.

80. *In Pontilianum.*

BLandus hero cauda canis irrequietus adulat;
Linguam pro cauda Pontilianus habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

81. *Pulvis & umbra ſumus. Horat.*

DEſperet cœlum natus de pulvere nemo,
Deſperet cœlum nemo quod umbra ſumus.
Noſtra caro eſt pulvis, ſed eodem ex pulvere corpus.
Fit Domini, Mens eſt umbra, ſed umbra Dei.

82. *Ænigma.*

DIc mihi, quæ in cœlis extat vox * integra, cujus
In terris tantum ſyllaba prima patet?
* *Felicitas.*

83. *Dives.*

DEterior fio fieri dum ditior opto:
Major me fieri molior, haud melior.

84. *Converſio Pauli.*

QUi modo *Saulus* eras, inverſo nomine, *Salvus*
Factus es: & Παῦλος, qui modo Φαῦλος eras.

85. *Recta ratio.*

TEmpore quod noſtro ratio ſit recta, dolendum eſt,
Eſſet gaudendum, ſi foret illa regens.

86. *Ad Caroli Ducis Doctorem Thomam Moravium.*

TE novi, geniumque tuum, Moreſque, Moravi
Scriptaq; lecta mihi ſunt tua: digna legi.
Non Ductor Doctorve Duci fuit aptior alter:
Dogmata dum ſequitur Dux tua, doctus erit.
Non trahere invitum, ſed in optima ſponte ſequentem,
Quanta tua eſt virtus ducere poſſe ducem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

87. *Ad Hebræos.*

RElligio Lex veſtra, Fides at noſtra vocatur:
Vos bene non vultis credere, nos, facere.

88. *Irus.*

QUi menſa excipitur, quique excipit, hoſpes uterque eſt,
Sum multorum hoſpes, nullius hoſpes ego.

89. *Deus.*

DIſperſus toto licet infinitus in orbe
Sit Deus: in toto quæritur orbe Deus.

90. *Aquila.*

IN ſacris Aquilæ portant myſteria templis:
Nunc eſt Jehovæ, quæ Jovis ales erat.

91 *Tobias, Mattheus.*

EX veteri primum ſortite, novoque ſecundum,
Ex Teſtamento nomen utroque trahis.
Hoc mirum eſt: nomen Gentile Canonicon eſſe,
Hoc, in fonte Fides quod dedit, Apocryphum

92. *In Paraphraſim.*

ISta paraphraſis eſt quaſi circulus actus in orbem:
A centro ad circum linea textus hic eſt.
Tangit enim extremas diametri circulus oras,
At centrum nulla tangere parte poteſt.

93. *In Corbulonem.*

DIruis, ædificas; quid Corbulo? diruis omnes
Divitias & opes, ædificaſque nihil.

94. *In Gelliam Grammaticaſtram.*

GRammaticam veteres artem dixere loquendi?
Gellia; Grammatica nil opus arte tibi.

95. *In quendam Grammaticaſtrum.*

ME flocci facis atque pili, nauci, atq; terunci;
Quanti te faciam ſcire cupis? nihili.

96. *Bellum.*

SOlis militibus bellum res bella videtur;
Militibus ſolis omnia bella bona.

97. *Divitiæ.*

SOlus Dis deus eſt; Dites dii; Numina nummi;
Cum plauſu loquitur Pluto, tacetq; Plato.

98. *Tria genera.*

ESt dubii generis, caſtiſſima ſit licet, uxor;
Communis, meretrix; Fœminei, mulier.

99. *ST. ST. Silentii nota.*

QUid ſibi Romanum vult ST? Sileto. Taceto?
S. monet ut ſileas, T. jubet ut taceas,

100. Patria eſt ubicunque eſt bene.

VVhere i do vvell,
There I dvvel.

ILla mihi patria eſt, ubi paſcor, non ubi naſcor:
Illa ubi ſum notus, non ubi natus eram.
Illa mihi Patria eſt, mihi quæ patrimonia præbet,
Hic, ubicunque habeo quod ſatis eſt, habito.

101. *Conjux.*

APta Duci non eſt uxor, non aptaque Regi,
Quæ duci non eſt apta, nec apta Regi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

102. *Rhetorica & Dialectica.*

RHetorice dicendi ars eſt , Logiceq; docendi :
Illa ſophiſtarum robur , at iſta ſophon :
Illa magis condita , recondita , ſed magis hæc eſt :
Illa ſalax magis & ſalſa : ſed iſta ſal eſt.
Rhetorice verum velat : Logiceque revelat :
Hæc monet, illa movet: hæc docet, illa nocet.

103. *Actæon.*

CArnem edere canes Actæonis oſſa,cutemque,
Cornua Londini conſpicienda manent.

104. *Multiplicatio & Diviſio Arithm.*

CUr dextram Diviſio, Multiplicatio lævam
Reſpicit ? eſt virtus illa, ſed hæc vitium.
Cur ſurſum Diviſio Multiplicatio deorſum
Aſpicit ? hæc homini convenit , illa Deo.

105. *Arbor.*

VEr viridem,flavamq; æſtas me fervida, canam
Autumnus , calvam frigida fecit hyems.

106. *Ad Theodorum Priſe , Oxonienſem Theologum.*

UNo non poſſum , quantum te diligo, verſu
Dicere ; ſi ſatis eſt diſtichon , ecce duos.

107. *Unus Deus.*

COelum Heterocliton eſt , ut noſter Lilius inquit :
Plurali numero nam caret ipſe Deus.
O quanta eſt veterum blaſphemia Grammaticorū ?
Qui declinandum nos docuere Deum.

168. *Dei genus.*

NEutrius generis Deus eſt , nec fœmina , nec mas :
Hoc igitur Numen nec Dea , nec Deus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

109. *Gubernaculum corporis.*

INſipiens linguam laxat ; ſapiensque refrænat ;
Quis minor aut major, quam tacuiſſe, labor?

Ex malis minimum & maximum.

110. *Ad Maximum.*

IN menſa ſemper minimum tibi ſume malorum,
Maxime ; malorum maxima, ſi bona ſunt.

111. *Unda.*

LIttera demta Undas udas facit,addita mundas
Littera tranſpoſita eſt,undaque nuda manet.

112. *De ſomniis paradoxon.*

QUæ mala ſunt, bona ſunt, mala quæ bona ſomnia ; quare?
* Gaudeo, ſi mala ſunt ; ſi bona ſunt, doleo.
* *Experrectus.*

113. *Origo aquæ.*

UNda undæ;undarum tibi declinatio conſtat,
Derivatio non ; unda fit unde rogas?
Annus ut, in ſeſe ſine fine revolvitur amnis ;
Ad punctum redeunt amnis & annus idem.

114. *Avaritia.*

UNdique fluminibus currentibus in mare magnum.
Non ait, Unde venis? æquor, at, Unda veni.

115 *Adamas.*

MIttendi fidos Adamantes ſunt ad amantes,
Solo adamante polit durum adamanta faber.

316. *Canis & Lepus.*

SIt quanquam levipes lepus & velocior hoſte,
Hic ſequitur magna ſpe, fugit ille levi.

317. *Vox & Scriptura.*

LIngua ſagax aperit clauſi myſteria cordis:
Scripturæ didicit vox ſine voce loqui.

318. *Laurus.*

ARbor ego Phœbi, viridis frondoſaq; ſemper,
Neſcio calvitium canitiemve pati.

319. *Dicacitas & prudentia.*

INgenioſus at imprudens, eſt abſque cibo ſal.
Doctus inurbanus quid? cibus abſque ſale.

320. *Aliquid ex nihilo. Ænigma Arith.*

ADdere vis unum * nihilo? nihil inde creatur;
Adde † uni nihilum, naſcitur inde Decas.

* 01. † 10.

321. *Ad Guillelmum Sutton Oxonienſem Theologum.*

DEbeo plura tibi quam verſu dicĕre fas eſt:
Debitor æternum, ſi mihi credis, ero.

322. *Saturni & Opis filii tres cohæredes.*

DItes tres fratres: Neptunus, Juppiter ac Dis:
Quid mirum? tribus his Ops bona mater erat
Eſſem Neptuno, Jove, Diteq; ditior ipſe,
Fors mihi ſi matrem fauſta dediſſet Opem.

223. *In quendam oratorem infinitum.*

OMnia cum dixti, ſupereſt tibi dicere, Dixi;
Hæc mihi ſermonis vox placet una tui.

224. *Ad Lectores.*

NOn cuivis Lectori, auditorive placebo:
Lector & auditor non mihi quiſque placet.

LIBRI TERTII FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM

JOANNIS OVVEN

OXONIENSIS CAMBRO-
BRITANNI.

Ad tres Mæcenates.

LIBRI TRES.

Ad Edoardum Noël, *Equitem & Baronetum, unus.*
Ad Gulielmum Sidley, *Equitem & Baronetum, alter.*
Ad Rogerum Ovven, *Equitem auratum, tertius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM IOANNIS AUDOENI OXONIENSIS CAMBRO-BRITANNI, AD EDOARDUM NOEL, Equitem & Baronetum.

LIBER PRIMUS.

1 *Ad Henricum, Auguſtum Principem Cambriæ.*

MÆcenas Equitum primus cum Cæſare, Flacci
Foverunt gelidos Virgiliique lares.
Me quoque tres Equites, Tuque Auguſtiſſime Princeps,
Re ſimul & fati ſpe melioris abis.
Sunt Mæcenates mihi tres: quotcunq; ſuperſunt.
Si quis adhuc ſupereſt, Tu mihi Cæſar eris.

Ad tres Mecænates,
2 *Edoardum Noël, Guillelmum Sidley Equites & Baronetos & Rogerum Ovven Equitem auratum.*

ME cum deſererent veteres, ut nunc fit, amici
Vos inſperatam Tres mihi fertis opem.
Veſtra igitur ſummis junxi tria nomina, ſolus
Mæcenas dignus Cæſaris eſſe comes.

3 *J. C. & Medicus.*

ILle vafer niſi ſit, niſi ſit temerarius alter,
Se mendicato paſcat uterque cibo.

4. *Scala aulicorum.*

NEmo gradus niſi per plures aſcendit in aula,
Ad deſcendendum plus ſatis unus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

5. *Ad Edoardum Noel, Equitem & Baronetum.*

HÆc tibi, Mæcenas, quamvis Epigrammata ſcribam,
Scripta legent alii, ſint modo digna legi.
Quid plus ergo mihi debet Lectore patronus?
Tu mecum lectus, non modo Lector eris.

6. *Ad Aulicum.*

AUdacem fortuna omnis, cibus omnis edacem
Adjuvat; Eſſe aliquid ſi cupis, aude & ede.

7. *Honoris & Divitiarum comparatio.*

DOnat opes homini Deus, & ſibi poſcit honorem:
Ergo divitiis anteferendus honor.

8. *In Poetas fabuloſos.*

FIctum inter factumque parum diſtinguere curans,
Quodlibet ex quovis Ente Poeta facit.
Sortiti nomen ſunt à faciendo poetæ:
A faciendo aliquid ſcilicet; imo nihil.

9. *In Tomaſinum.*

SCripſerunt Aſini laudes hoc tempore multi,
Legimus & laudes, ô Tomaſine, tuas.

10. *In Fabianum.*

EXtra calveſcunt alii, tu calvus es intra:
Crinibus hi, cerebro tu, Fabiane, cares.

11. *Oſculum.*

UNa triſyllaba vox inter celebratur amantes,
Quam ſibi quia quiſque ſua vult ab amante dari:
Syllaba prima data eſt? reliquæ ſine lite dabuntur.
Quæ dedit os, culum non minus illa dabit.

12. *Dalila.*

SAmſonem rigidis ſpoliavit crinibus uxor;
Hoc noſtro multæ tempore ſunt Dalilæ.

13. *Conventria & VVarvicum urbes Mediterraneæ.*

NOn idem vobis præſul, tamen Æacus idem;
Diverſus veſter ſpiritus, una caro eſt.

14. *Natalis.*

AD præſentia naſcor & ad futura renaſcor;
Natalis prior eſt ille, ſed hic potior.

15. *De arte amandi.*

JUdice me, rudis eſt, artem qui tradit amandi:
Naturæ ſcopus eſt, non opus artis, amor.

16. *In Gelliam.*

FUngitur officio rarus ſine munere judex:
Cur, niſi quod ſanctum munere munus emit?

17. *In Phyllidem.*

SOlarem muliebris amor non durat in annum
Phyllidis; inſtabilem Phyllida Luna regit.
Menſtrua mente ſolet Phyllis, non corpore tantum
Quovis menſe pati; menſtruus hujus amor.

19 *In Pœtum problema.*

NOn pater es, non Pæte, ſocer, non vitricus horum.
Quos tua nupta tibi tot tulit: ergo quid es?

19. *In Pontilianum.*

NUpſiſti undecimo cur, Pontiliane, Decembris?
Nulla magis nox eſt longa, dieſque brevis.

20. *Ad Frontonem Juriſconſultum.*

MUlta Statuta noto pœnalia, Fronto, vocari;
Queis titulum dederint præmia, nulla lego.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Publica res olim fulcris innixa duobus :
Abrogat hæc ætas præmia : pœna manet.

21. *Ad Edoardum Noel , equitem & Baronetum.*

INgenium tibi mite ſagax natura creavit ;
Addis naturæ viribus artis opem.
Virtuti fortuna tuæ comes utilis hæret :
Artis & ingenii dotibus addis opes.
Ut miſeris , fortuna dedit , ſuccurrere poſſes :
Ut velles , virtus fecit : utrumque Deus.

22. *In Feſtum judicem injuſtum.*

QUod Judas fecit , facito : judexve Pilatus :
Suſpendi non vis Feſte ? lavato manus.

23. *Paronomaſia.*

JUdicat ex mento , non mente, puella maritum :
Non mens , at ſponſæ menta minuta placet.
Pungi quam pingi mavult Venus improba : ſemper
Peniculo penem prætulit alma Venus.

24. *Ad Martham de Quinto.*

PRodigus eſt & avarus amator Quintus, amoris
Prodigus ipſe ſui, Martha , avidusque tui.

25. *Tergoris & Dorſi Etymologia.*

POſteriora viri vox neutra Latina notavit :
Utraque fœmineis moribus apta fuit.

26. *In inteſtatum Colinum.*

NIl moriens , Coline, tuis das , omnia linquis;
Parcus eras vivens : porcus eris moriens.

27. *De Virginitate & Conjugio.*

VIrginitas anguſta via eſt : via latior autem
Conjugii : hinc plures ingrediuntur eam.

28. *In Panſam.*

LIs inter Panſam gravis Eunomiumque magiſtrum,
De ſacris Cleri ritibus orta fuit.
Exhibet Eunomius geminos, ſua biblia, teſtes,
Teſtamenta Dei non dubitanda duo.
Quid cum Scripturis, inquit mihi Panſa negoti
eſt?
Ecce Statutorum, Biblia noſtra, librum.

29. *Ad D. T.*

TU dominos ſectare duos: mirabile dictu eſt;
Si vel utrique places tu, vel uterque tibi.

30. *Fides Mercatoria.*

QUo ſolet eſſe fides minor in debentibus aurum,
In credente fides hoc ſolet eſſe minor.
Diruit innumeros hoc tempore mercatores.
(Non tutum eſt hodie Credere) ſola Fides.

31. *Gerundia & Supina.*

DI-Do-Dum Æneis aberat, caruiſſe Gerundis
Dicitur; & nullum noſſe Supina virum.

32. *Da mihi Angelum, & ego dabo tibi Spiritum.*

SPiritus huic ſanctus promittitur; Angelus illi
Michaël; hic munus polluit, ille manus.

33. *Ad quendam Divitem.*

MAgnus amor tuus eſt, ſi multum hoc tempore dones;
Si multum credas, eſt tua magna fides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

34. *Ad duarum ſororum parciſſimarum ſervum.*

TRes Parcæ toto celebrantur in orbe ſorores;
Expertus Parcas es miſer ipſe duas.

35. *Pediculus.*

TU morſu me lædis; egoque tibi infero mortem:
Eſt tua culpa levis, non nego; pœna gravis.

36. *De malo in pejus.*

INcidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim:
Qui morbum fugiens, incidit in medicum.
Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt:
Qui litem fugiunt, cauſidicumque petunt.

37. *De prodigo & avaro.*

PRodigus omnis homo miſer eſt, miſer omnis avarus;
Iſtius miſeri filius ille miſer.

38. *In R. G. vindicta Divina.*

INviti ſacras tenuiſti præſulis ædes:
Te tenet invitum nunc aliena domus.

39. *In Damam.*

PRomiſſum quoties quiddam te, Dama, rogavi,
Quod, quoniam præſtas nil mihi, ſæpe rogo?
Sæpe ſoles, Faciam; Feci, mihi dicere nunquam;
Incipe jam Feci dicere, non Faciam.

40. *In Linum infortunatum.*

QUid mirum fortuna tibi contraria quod ſit?
Crinita eſt illi frons, Line, calva tibi.

41. *Amica ad Gaurum.*

A Me neſcio quæ munuſcula in aure rogaſti,
Si munus-culum vis tibi, Gaure dabo.

42. *Homo Pantophagus.*

NOn mare, non aër, non tellus, denique cuncta
Sufficiunt noſtræ vix elementa gulæ.
Si quod edunt homines hominum ſubſtantia fiat.
Ut perhibent: Homines qualia monſtra ſumus?

43. *Via lata.*

LAta via eſt, & trita via eſt, quæ ducit ad orcum:
Invenit hoc, etiam ſe duce, cæcus iter.

44. *Ad, In, De.*

IN libris tria verba meis celebrantur: Ad, In, De,
DE docet, AD dignos laudat, & IN lacerat.

45. *In Quintum immiſericordem.*

NUdus inopſve tuas ſi quis pulſaverit ædes?
Quinte, ſtipem miſero qua ratione negas?
Mendicare ſtipem prohibet lex Anglica, dicis:
Eſto; tamen miſeris Lex dare nulla vetat.

46. *Humanum eſt labi.*

TErque quaterque die juſtus cadit, ut lego ſcriptum:
At quoties, ſcriptum non lego, juſta cadit.

47. *In quendam ineptum ſcriptorem.*

O Utinam vel tota foret tua nigra papyrus;
Tincta foret nullo vel tua charta nigro!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

48. *Fœneratoris apologia.*

QUid mihi divitiæ, ſi non conceditur uti?
Æra nitent uſu: me juvat uſus opum.

49. *In Cornutum.*

SI natura daret tibi cornua, tollere poſſes;
Quod tibi nupta dedit, tollere nemo poteſt.

50. *Res Judicatæ.*

LEx quamvis ratio Ciceroni ſumma vocetur,
Et bene laudetur Lex quæ ratione probatur;
Invenies inter legiſtas raro logiſtas:
Moris & exempli leges ſunt, juraque Templi.

51. *Mulier.*

FOrmoſæ ſunt famoſæ, juveneſque jocoſæ.
Ingenioſa, ſagax fœmina, ſalſa, ſalax.

52. *Quatuor Termini forenſes.*

TErminus à ſancto princeps Michaële vocatur;
Legiſtam imprimis * Angelus iſte juvat.
Terminus hunc Hilari ſequitur, nec nomine vano;
Cauſidicos hilares Terminus iſte facit.
Cauſidicis inſtar † libri paſchalis habendus
Tertius; à ſacro Paſchate nomen habet.
Quartus habet Triadis titulum cur terminus? omni
Eſt in lite * Trias callida, nulla Monas.

* *Effigies Archangeli Michaëlis in nummo aureo Anglicano.* † *Eaſter booke.* * *Cliens, Cauſidicus, Judex.*

Crux in foro cauponario.

53. *Ad Chriſtum.*

REſtat imago crucis; Tua, de cruce tollitur: ecce
Chriſte, crucis major, quam tibi, conſtat honor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Duo Juris Conſultorum Collegia.

54. *Templum Medium & Interius fidem eſſe.*

AMbo eadem domus eſtis; idem jus ambo ſtudetis:
Inter Jus medium eſt Interiuſque nihil.
Quæ media eſt, eadem magni res intima mundi;
Interius centro nam nihil eſſe poteſt.
Templum igitur Medium, medium licet uſque vocetur,
A Templo differt Interiore nihil.

55. *De iiſdem.*

PArlamenta duo vobis, Chorus at ſacer unus?
Atque focus vobis, ara ſed una duplex.
Ad cœnam vos ſacro idem vocat ore Magiſter;
Non cornu vos ad prandia cogit idem.
Veſtra nec inſpirat duo cornua Spiritus idem,
Unica mens animat corpora veſtra duo.

56. *Edoardus Noël, Liberalis.*

LIber-alis multos, Mæcenas optime, ſervos;
Me quoque Mæcenas optime Liber-alis.

57. *Ad Fauſtinum.*

ESſe bonum dixti noſtrum, Fauſtine, libellum:
Si bonus eſt, utinam ſim meus ipſe liber.

58. *O tempora!*

TEmpora mutantur, nos & mutamur in illis:
Quomodo? fit ſemper tempore pejor homo.

Trauliſmus.

59. *Ad Balbinum.*

SErmonis quanquam vitio, Balbine, laboras;
Nemo poteſt niſi tu dicere; Pa-pa-pater.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

60. *Agna oxon.*

NUpta ſenatori Benedicto non bene dicto,
Credita quæ fueras Agna, reperta lupa es.

Gratulatio Verna.

61. *Ad Aulum Medicum.*

VEre novo impuri renes, & viſcera purgant,
Gratulor, Aule, tibi: Ver, tua meſſis, adeſt.

62. *Poëta laureatus.*

LAurus in igne crepat; vivunt in funere vates;
Fallor? an hinc vatum præmia laurus erat?

63. *Ad civem.*

FEbre laborantem decedere Phœbus ab urbe
Te jubet, & cœlo commodiore frui.
In tua rura redis, urbanaque lucra relinquis;
Redditur in patrio priſtina rure ſalus.
Sanus inopſque iterum Londinum, rure relicto,
Ire paras, iterum dives & æger eris.
Priſtina Febris adeſt, dicat jam Phœbus, utrum ſit
Utilior dives morbus, inopſne ſalus?

64. *In Labienum philautum.*

SE ſolum Labienus amat, miratur, adorat:
Non modo ſe ſolum, ſe quoque ſolus amat.

65. *Vidua.*

UXorem viduam qui ducit, idem facit ac ſi
In * longa veſtem quærat emarque via.
Altera veſtis uti magis eſt, minus altera trita;
Sic viduarum aliæ plus, aliæque minus.

* *Long lane.*

66. *Pyramus & Thiſbe.*

INfelix noſtrum paries divellit amorem:
Quam longe diſtat, quam prope, noſter Amor?

67. *Ad Pollum clientem.*

LIs pendet tibi Polle ; ſemel tibi pendere præſtat
Quam pendere diu ; Solve , ſolutus eris.

68. *Frigus Calidum.*

ESt mare frigidior mulier , tamen urit amantem ;
Sic calx , in gelidam jacta , caleſcit , aquam.

69. *Par ma foi.*

PEr ſanctam jurare fidem mos, non per amorem eſt ;
Eſt tamen * ille Deus ; non tamen illa Dea.

* *Io. in ep.* 1. *c.* 4. *v.* 16.

70. *Aſtro-* } *logia.*
Phyſio- }

ASt rorum in ſummo latet alta ſcientia cœlo :
In centro Phyſicæ vis veneranda latet.
Ut bonus Aſtrologus fiam , cœlum nimis altum
Impedit : ut Phyſicus , terra profunda nimis.

71. *Ad Edoardum Noël, de amantiſſima ejus uxore Elizabetha, Baptiſtæ Hias Equitis aurati filia.*

UT Juvenalis ait , dos eſt uxoria lites :
Suſpicor , affirmat quod Juvenalis , ego.
i lis , ut dixit vates , uxoria dos eſt ;
Duxiſti ditem tu , ſine dote tamen.

72. *In Ponticum.*

NIl mihi das : donabis , ais , poſt funera quare
Non moreris ? bis dat , Pontice , qui cito dat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

73. *Impar Congreſſus.*

IN promptu ſemper ſtrictum Matho non habet enſem;
In promptu parmam Pontia ſemper habet.

De Agris & Nummis.

74. *Ad Pontillianum mercatorem.*

FOEnus habet certos omniſque pecunia fines:
Ac fundus fundo, Pontiliane, caret.
Fons plus quam ciſterna valet, quam ciſtaque fundus:
Sit ciſterna licet maxima, fons minimus.

75. *In Famam.*

VIrtutem parce laudat; vitiumque libenter
Prædicat; hinc dicta eſt non malè Fama malum.

76. *In Gallam.*

USſiſti me Galla videndo: tangere noli!
Nam ſi uras oculis, quid facias oculo?

77. *In Linum decrepitum.*

SAturnum dictum memorant, quia ſit ſatur annis;
Saturnum fieri te, Line, tempus erat.

78. *Tripudium.*

PEs loquitur, quem lingua tacet, cor dictat amorem:
Laſciva argutum dum regis arte pedem.

79. *Ioſ. Hal. Cantabrig. Vota & Meditationes.*

VOta vovenda voves, ſcribiſque legenda: Beatus
Qui tua vota legit, ſi tua vota facit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Anagramma. Ad Priſcum ſenem.

CUr non ſunt, ut erant, criſpi tibi, Priſce, capilli?
Priſcus ego nunc ſum, qui modo *criſpus* eram.

Nox Britannica.

DIcuntur * minima contenti nocte Britanni;
Contenta eſt longa nocte Britanna frui.
*Juven. Sat. 2.

Ad Næviam.

SOl fugitur præſens, idemque requiritur abſens;
Quam ſimilis ſoli eſt, Nævia, noſter amor?

In Feſtum Mendacem.

OMnis homo eſt mendax; puto, Feſte, fateberis: ergo
Mentiris dicit, qui tibi dicit, Homo es.

In Carpophorum.

CUm ridente foris ridet ſimulator amica
Carpophorus: flet cum conjuge flente domi.

Mundus.

IN mundo mundi duo ſunt, mundiſſimus alte
Immundiſſimus hic, Mundus uterque tamen.

Ad G. I. mercatorem.

QUo cui plus dederis, magis hoc tibi fiet amicus;
Quo plus credideris, hoc magis hoſtis erit.

Satis-datio & Satis-factio.

VOx in Cæſareo ſit Jure ſatis-dare quamvis
Crebra; in Pontificum Jure, ſatis-facere:
Jriſtæ ſatis accipiunt, at raro ſatis-dant;
Multa ſatisdicunt, raro ſatis-faciunt,

88. *VVichamicus.*

POmpeianus ego non ſum, non Cæſarianus;
Non ſum Syllanus; ſum Marianus ego.

89. *Contra illud quod vulgo dici ſolet, * Fratrem juniorem ſeniore generoſiorem eſſe.*

AUtor Adam generis, quo non generoſior alter:
Nempe creatori proximus ipſe ſuo.
Ergo proximior quo quis numeratur Adamo,
Hoc generoſior eſt, proximiorque Deo.

* The jonger brother the ancienter Gentleman.

90. *Deum nemo vidit.*

INſcia mens Numen non cernit; noctua lumen;
Non videt iſta diem, non videt illa Deum.

91. *Senex non eſt homo.*

RIſibile eſt animal juvenis: mulierque puerque
Flebile: dedidicit ſiccus utrumque ſenex.

92. *In Saracenum Atheum.*

AFficit inſipidum quaſi fabula te ſinus Abræ;
Malles in Saræ tu recubare ſinu.

93. *Mos.*

COnſuetudo & mos vim legis habere videntur;
Improbitas hodie vim quoque legis habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

In Albinum.

PErdidit Albinus mercator remque fidemque;
 Nil ultra, quod jam perdere poſſit, habet.
Perdidit idem Albinus amator ſpemque, fidemque;
 Quid ſupereſt quod jam perdere poſſit? amor.

Anagramma.

VOx eadem gerere & regere eſt: omenque notandum:
Ut regat uxorem vir, gerat illa virum.

Amator deſertus.

IGnis ut Inferni, quamvis non luceat, ardet:
 Sic tuus haud lucet, me tamen urit, Amor.
Si elementari ſimilis meus eſt amor in te:
 Lucet enim, ſed te non meus urit amor.

De pœna Thaidis: problema.

CUr quæ peccavit non tergo at pectore Thais,
 Carnifici in pœnam tergora nuda dedit?
An quia culpa præit, ſequitur ſua pœna nocentem,
 Judex in pœnam poſteriora petit?

Iri exequiæ.

QUartanæ par eſt pauper, campana peremti
 Pauperis in tacito funere nulla ſonat.

Crœſi & Iri Epitaphium.

HIc jacet, hic ſitus eſt Crœſus ſub marmore quæris,
Irus ubi jaceat pauper? ubique jacet.

100. *In Momum.*

NIl in te video quod amem , laudemve , probemve :
Nil in te video, Mome, quod invideo.

101. *Unitatem non eſſe numerum.*

SCriptores inter peregrinos atque Britannos,
Nullius numeri ſum, tamen unus, Ego.

FINIS LIBRI PRIMI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM IOANNIS AUDOENI OXONIENSIS CAMBRO-BRITANNI, AD GUILLELMUM SIDLEY, Equitem & Baronetum,

LIBER SECUNDUS.

Ad Criticum Aulicum.

NIL diſtant labor atque labos, nihil arbor & arbos,
Idem honor eſt & honos, qui rapit ergo, ſapit.

Fides.

NOs ratio docet eſſe Deum, cogitque fateri;
Hac ratione, Fides eſt rationis opus.

Deus.

OMnia cum videat, nulli Deus ipſe videtur;
Solus ubique patet, ſolus ubique latet.

Ad Guillelmum Sidley, Equitem & Baronetum, &c.

TE linguæ variæ decorant & pagina legum;
Exornant artes & pietatis amor.
Conſilio multis, opibus ſuccuris egenti.
Hoc virtutis iter; Cætera mortis erunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Sic tibi, ſic Chriſto, patriæ, patriæque parenti
Vivito; poſt mortem Te meliora manent.

5. *Ad ejuſdem unicum filium*
Joan. Sidley.

JAnus es, at ſolo, juvenis Jam, nomine; docti
Æmulus eſto patris, re quoque Janus eris:
Vix erit, ut poſſis doctum ſuperare parentem:
Æqualis patri filius eſto: Sat eſt.

Æquinoctium perpetuum.

6. *Ad cæcum.*

ÆQua fluit noctique dies tibi, noxque diei,
Non tamen æquatur linea quæque tibi,

7. *In Anabaptiſtam Ponticum.*

SI ſanus vis eſſe, ſacram ſervato diætam,
Pontice: cœnato ſæpe, lavato ſemel.

8. *Dii Inconſtantiæ.*

VErtumnum celebrant Romani; Protea Graji:
Quæ jam non tellus Numen utrumque colit?

9. *Axungia.*

NE ſiccus volvente rota crepet, ungitur axis:
Cauſidicum mos eſt ungere, ne taceat.

10. *In Harpalum duorum filiorum*
(ut putatur) patrem.

QUi nomen gerit iſte tuum, tuus, Harpale, non eſt:
Alterius nomen qui tulit, hic tuus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

1. *Creatio Mulieris.*

PAulus Evangelium populo dum prædicat omni,
Alloquitur * noſtrum, non muliebre, genus.
Orate ô fratres, (at non, Orate ſorores,)
Presbyter in Miſſa, dum ſacra muſſat, ait.
Temporibus diviſa ſuis dum ſingula ſtrictim
Explicat artificis Numine facta Dei.
Qui bonus eſt, fruſtraque nihil, nec inutile fecit,
Vidit, ait Moſes, hoc Deus eſſe bonum:
Additur hæc operi ſolemnis clauſula ſemper,
Excepto, poſtquam fœmina facta fuit.

* *Viri, patres & fratres.*

2. *In Papinianum & Ponticum.*

POſſe errare negas te, Papiniane; ſed erras:
Tu te errare negas, Pontice; poſſe putas.

3. *In Tuſtonum.*

MOrtuus eſt Tuſtonus: opes de morte reſurgunt,
In cumulo ut tumulo quæ jacuere diu.

4. *De pœna & culpa.*

DOctores peccata inter non entia ponunt:
Cur non peccati pœna ſit ergo nihil?

5. *In Mauros, qui Angelos nigros, Dæmones albos pingunt.*

INnatum nigror non exuit arte colorem:
Albus in adverſum vertitur arte color.
Poſſe negant ſancti reſipiſcere dæmona patres:
Non eſt ergo Satan candidus; Hic niger eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

16. *L'Argent fait tout.*

UNde fit ut Francus poſt tot, poſt bella tot Anglus
Integer in ſolito regnet uterque ſolo?
Protexit generoſa tuum te, Francia, * ſcutum:
† Angelus eſt cuſtos, Anglia tuta, tuus.
** l'Eſcu. † l'Angelot.*

17. *In quendam ebrioſum.*

GArrulitate nihil ſicca ſitibundius: uxor
Te tua plus loquitur: cur bibit ergo minus?

Verona, Placentia, & Beneventum.

18. *Ad Italum.*

VErona Beneventanam raro itur ad urbem:
Eſto Placentinus, tu * Bene-ventus eris.
** Ben venuto per tutto.*

19. *Tempus, Veritas, Odium.*

MAter * Aletheia eſt odii, ſed filia longi
Temporis: eſt odium Temporis ergo nepos.
** Veritas.*

20. *Temporis filia.*

DIcta fui à priſcis quæ filia Temporis: hujus
Temporis, an priſci filia dicar ego?
Temporis illius, non filia Temporis hujus:
Temporis æternus Filia Chriſtus erat.

21. *Amor conjugalis.*

PLurimus in cœlis amor eſt, connubia nulla:
Conjugia in terris plurima, nullus amor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

2. *Decalogus, Oratio dominica, & Symbolum Apoſtolorum.*

UNus amor, præcepta decem, ſpes unica, vota
Sunt ſeptem, articuli ſex bis, at una fides.

3. *Ad Calliſtratum.*

SPlene laboranti male num, Calliſtrate, dixi?
Splen ridere facit, ſplen quoque flere facit.

4. *Sol.*

TRes infra totidemque ſupra te cerno planetas:
In medio virtus maxima, Phœbe, tua eſt.

5. *Metaphora.*

NAturæ linguam corrupta ſcientia neſcit;
Naturæ voces lexica nulla notant.
[M]enſa figurato promit ſermone colonus;
Geſtit & urbano ruſticus ore loqui.
[V]ita quoque ornatur variis, ut lingua, figuris;
Tota figurata eſt; Vivimus ut loquimur.

6. *Chriſtus Theol. Med. & I. Conſ.*

THeiologi Medicique in terris munere functus,
In cœlo peraget Judicis officium.

7. *De jure Anglico-VVallico-Gallico.*

DI-rectum * Gallus, † Cor-rectum Wallus, at Anglus
Nomine Jus * Rectum ſimpliciore vocat.
[D]irigit errantes Lex lucida, corrigit omnes
Errores; Juris Regula cuncta regit.

** Droict. Italicè Diritto.*
*† Cyfraaith. * Righe.*

28. *Caſtor & Pollux.*

COncordes duo ſunt in cœlo ſidera fratres,
In terra unanimes vix reor eſſe duos.

29. *Quod differtur, non aufertur.*

DIffert non aufert mortem longiſſima vita:
Quid differt igitur cras hodieve mori?

Honoris venalis Apologia.

30. *Ad Baronetos.*

AUrum arvumque & honor Fortunæ ſunt bona fortis:
Quicquid & humano pendet ab arbitrio,
Forma, valetudo, vires, bona corporis almi,
Non poſſunt pretio, nec bona mentis, emi.
Impietas, animam; eſt inſania vendere corpus:
Fortunam fas eſt vendere; fas emere.

31. *Autoritas & Ratio.*

IN dictis hominum non Quis conſidero, ſed Quid:
Contra in divinis, non rogo, Quid? rogo, Quis?

32. *Lucifer.*

STella micans Veneris nocturna diurnaque; noctem
Nunciat inducto veſpere, mane diem.
In cœlo ſemper ſolem comitatur euntem,
In terra lucem cur fugit ergo Venus?

33. *De fine Mundi.*

NArravit Moſes Geneſin, primordia mundi:
Exodon at nobis dicere non potuit.

4 *Ad Pontilianum.*

UXoreſne bonas binas tibi præſtet, an unam
Ducere difficilem; Pontiliane, rogas.
Alterutrum ſi ſit mihi ferre neceſſe malorum;
Quod minimum eſt, unam ducere malo malam.

5 *Perfectio legis Amor.*

EX bis-quinque duo præceptis, èque duobus;
Unum ſervato; ſufficit illud, Ama.

6 *Devotio.*

DIvitias Cleri peperit devotio vulgi;
Degenerem prolem religioſa parens.

7 *De cœlo & terra.*

TErra oculos prope tota latet; patet undique Cœlum:
Humani generis te, puto, Terra, pudet.

8 *Ad Aulum. In Sextum, de Quinto.*

INvidet, Aule, mihi Sextus; miſereſco egò Sexti;
Quinto, qui mihi non invidet, invideo.

9 *In Pollionem.*

DEſeris uxorem; quo jure relinquitur? ante
Conjugium à multis tacta probatur, ais.
Conjugium Præ-contractus, ſcio, non nego, frangit,
At præ-contactus, Pollio, non dirimit.

40 *Meræ Tricæ. Ad N.*

ESſe meras tricas meretrices, haud male dixtis
Scorta tamen raras in cute τρίχας habent.

X

41 *Ad Pannicum exulem, problema.*

LIber in exilio quodammodo, Panni[illegible]
vitam
Nunc agis, in patria qui prius exul eras.
Utra magis fortunarum tolerabilis harum?
Extera libertas, exiliumne domi?
Quæ mea ſit ſi forte rogas ſententia? Malo
Eſſe relegatus quam religatus ego.

42 *Veſpere.*

SOl abiens paulum lucis poſt terga relictum
Monſtrat; uti Moſi poſteriora Deus.

Manè.

Nos pulchram Phœbi faciem ſurgentis Eoo
Cernimus; Antipodes poſteriora vident.

Baptiſmus.

43 *Ad Iudæum.*

LOtio Baptiſma eſt; at Circumciſio vuln[illegible]
Curantur ſacra vulnera legis aqua.

44 *Heautontimoroumenos.*

DUm mortem vitare ſtudet, vitamque tu[illegible]
Se toto vitæ tempore torquet homo.
Bruta bonis fruitur præſentis beſtia vitæ;
Dum vivit, vivit; cum moritur, moritur.

45 *Ad Guillelmum Sidley Equitem
& Baronetum.*

ÆRe meres, & Tu virtute mereris hono[illegible]
Cum te nec mereat, nec mereatur ho[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

46 *Ad I. P.*

GRæco-Latina, ſagax, ſapiens tibi quæritur uxor;
Quæque figurate ſyllogizare ſciat.
Quæ cum Majorem præſumſerit atque Minorem,
Ex male præſumtis urgeat Ergo ſequi.
Verſata in parvis quæ naturalibus olim
Virgo, Magiſtra Artis nunc ſit in arte ſua.
Et reſpondeat Opponentibus omnibus una,
Cumque ſuo de omni diſſerat Ente proco.
Tam rationalis mihi ſi contingeret uxor;
Mutarem tecum, ſi tua bruta foret.

47 *In Ramiſtam bimembrem.*

DEfinis primum, tum dividis omnia; rurſum
Definis: iterum dividis omne genus.
In tot particulas generalia ſingula ſcindis,
Longior ut μέθοδος ſit tua, quam ſit ὁδός.

De civitate Dei.

48 *Ad S. Paulum*

VErberibus cum cæſus eras, defenſio præſens,
Civis Romanus ſum; tua, Paule fuit.
Judicii ſuprema dies cum venerit, an tum
Sat, Sum Romanus dicere civis, erit?

49 *Chriſtus.*

VEnit in hunc mundum; vidit mortalis: mortem
Vicit; & ad ſuperos in ſua regna redit.

50 *Ad G. Camdenum, Magnæ Britanniæ illuſtratorem maximum.*

INſula pene ſuis obliviſcenda Britannis,
Mox in lethæos præcipitanda lacus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Hoc tibi quod ſupereſt , Camdene , Britanni
debet :
Tu quoque , dum ſupereſt illa , ſuperſtes eri

51 *Ad Perpennam.*

E St tibi lunatæ , Perpenna , Parentheſis inſta
Inter cornua frons ; dura parentheſis hæ
Dura Metatheſis hæc , uxor tua prodiga carnis ,
Tota * Κρέας , totum te facit eſſe † Κέρα
* *caro.* † *cornu.*

52 *De vitiis & divitiis.*

N Emo hominum vivit ſine crimine , ſi
crumena ;
Crimine rara ſuo plena crumena caret.

53 *Mortis & Macelli apologia.*

M Ors niſi mactaret juvenes , laniique ju
vencos ,
Omnia ſtultorum plena boumque forent.

54 *Evæ & Proſerpinæ collatio.*

E Vam deluſit ſerpens , Proſerpina Ditis
Capta dolo , vana ſpe ſpecieque boni.
Exiit Eva parens Paradiſo , cur ? quia malum
Edit ; at in malo neſciit eſſe malum.
Inferno exiſſet , malum Proſerpina ſi non
Ediſſet , taciti neſcia virgo mali.
Eva fuit mortis , Proſerpina præda Plutonis ;
Illa fuit Jovæ filia , & iſta Jovis.
Utraque guſtavit vetitum , pœnaſque pependit
Hæc flores , fructus dum legit illa , petit.

55 *Aſtrologus & Geographus.*

D Ividitur totus vos inter maximus orbis ;
Cœlum eſt Aſtrologi, Terraque Geiograp

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

56 *Ad Fanniam, nobilem, pulchram & pauperem.*

INdotata viro locupleti nubere quæris
Fannia? paupertas irrita vota facit.
Sis ortu generoſa licet, ſpecioſaque vultu,
Sordidus externas ambit amator opes.
Prima Categorias inter, Subſtantia ſola
Plus in amore poteſt, quam Genus & Species.

57 *Con-ſci-entia.*

IN verbis nunc hęret Amor: non rebus, ut olim
Penditur à ſenſu, non ratione Fides.
In caput aſcendit, quondam quæ in pectore ſedit
Relligio; cerebri eſt, quæ modo cordis erat.

58 *Sacrificium mundum.*

HIc mundus Templum domini; crux, ara ſacerdos,
Et mactanda Deo victima, Chrictus Homo.

De Peccato M. & V.

59 *Ad Chriſtum.*

MOrs tua peccati duplicis diſcrimina tollit;
Quod mortale fuit, crux veniale facit.

60 *In Inhoſpitales.*

ASſecla non ego ſum domuum, non hoſpes earum,
In quarum foribus Janua limen amat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

61 *Alter idem.*

Αὐτὸς, non ἕτερος mihi ſit, mihi qui ſit ἑταῖρος.
Sit comis, quiſquis vult meus eſſe comes.

62 *Sinite parvulos venire ad me.*

LEna procaxque caro juvenes in devia ducit:
Mentis ac improbitas in ſene major ineſt.
Suſpicor hinc, juvenes in cœlum aſcendere paucos:
Paucos in cœlum ſuſpicor ire ſenes.

63 *In Paracelſum.*

DIſcipulos terræ eſſe ſalem cum dicat Jeſus,
Eſſe ſalem terram cur Paracelſus ait?

64 *Ovis & Avis Figura.*

INduit humanam perſona ſecunda figuram:
Ovi paræ formam tertia ſumpſit avis.
Piſcibus atque avibus benedixit conditor orbis;
Vivi-paris bene non dixit, at ovi-paris.

65 *De Roma & Mundo.*

ROma vetus quadrata fuit, mundusque rotundus;
Nunc mundus quadra eſt, & nova Roma rota.

66 *Generatio Magica.*

ILludat formoſa viro quaſi ſuccuba dæmon;
Ex hoc concubitu non generatur homo.

Incubus at Serpens; mulier ſit ſuccuba. Naſci
Ex ſatana ſoboles & muliere poteſt.

67 *De Pane & Butyro.*

INvenio noſtræ veneranda vocabula linguæ,
In Geneſi * Bara, † Menin in Iliade.

* Bara prima vox Geneſis. † Menin prima Illiadis, Bara autem Cambro-Britannicè panem, Menin butyrum ſignificat.

68 *Ætas Moſis & Davidis.*

VIvet homo (*a*) centum viginti, Moſche ait, annos:
Et Moſes annos (*b*) tot ſuper ipſe fuit.
Vita Hominis (*c*) ſeptem-deni (dixit David) anni:
Quot dixit, vixit, (*d*) ſeptuaginta, David.
Annos quot ſtatuit vitæ, tot vixit uterque:
Ergo propheta fuit mortis uterque ſuæ.
Qui Moſen numerare ſuos, David optime Regum,
Ille tuos docuit. Te (*e*) numerare dies.

(*a*) Gen c 6 v. 3 (*b*) Deut. c. 34. v 7 (*c*) Pſal. 90. v. 10. Pſalmus hic vocatur oratio Moyſis hominis Dei. (*d*) 1. Sam. 2. c. 5. v. 4. (*e*) Pſal. 90. v. 12.

69 *Numerus par & impar.*

OMnis habet medium, ſed dimidio caret Impar:
Dimidium omnis habet par, medioque caret.

Medici & Juris Conſulti collatio.

70 *Ad Galenum.*

TE formidati metuunt, Galene, Tyranni;
Stat regum in veſtra vitaque, morſque manu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Arbitrium vobis vitæ, mortiſque poteſtas
  Summa data eſt, uni proxima pene Deo.
Nos damnare neci ſed non ſine crimine Judex,
  Non ſine teſte poteſt; tu ſine utroque potes.

71 *De Grege, Rege & Lege.*

REx paſtor, populique greges ſunt, pabula leges.
  Æger, Grex: Medicus, Rex: Medicinaque Lex.

Ortho-graphia, & Fides Orthodoxa.

72 *Ad Hebræos.*

LÆva ſiniſtrorſum, dextrorſum dextera tendens,
  Non bene Naturæ convenienter eunt.
Tendat at in dextram ſi læva, aut dextera lævam,
  Concurrent geminæ conveniéntque manus.
Hebræi vos ortho graphi, nos ortho que-doxi:
  Spiritus eſt noſter: Littera veſtra manet.

73 *Pauci electi.*

SOlus & omnis homo cœlorum Numen adorat.
  Peccat in hoc Numen ſolus & omnis homo.
Solum omnemque hominem venit ſervare Redemptor,
  Servatur ſolus, non tamen omnis homo.

De Salinis.

74 *Ambiguum.*

ANglorum ingenioſa licet generoſaque gens ſit:
  Anglus emit parvo ſal, minimoque ſales.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Sit quamvis albus Britonum ſal, Gallicus ater;
Pluris, quam noſter, venditur iſte niger.

75 *Novitas.*

QUæ nova ſunt, non ſemper erunt nova: nulla placebunt
Ergo diu, ſola quæ novitate placent.
Non ſola placuiſſe igitur novitate videntur,
Sed bonitate nova, quæ placuere diu.

76 *Homo non Homo.*

GIgnit iners natura homines; homo condidit artes;
Ars opus eſt hominis; non opus artis homo.
Nemo ducem ſequitur Naturam; vivitur arte:
Factus homo eſt operis nunc opus ipſe ſui.

Authores Peccati.

77 *In Grammaticaſtros, Authores errorum.*

NOn bene Grammatici confunditis autor & auctor:
Pythagoras quicquid dixerat, αὐτὸς ἔφα.
Peccatum, infelix produxit, originis, arbor;
Unde per exemplum noxius edit Adam.
Peccati ſerpens autor, dux fœmina facti,
Criminis Autor Adam non erat: Auctor erat.

Anagramma Diaboli.

78 Διάβολος. Βία, Δόλος,
Vis, fraus.

CIrcuit & quærens quẽ devoret ut leo Dæmon,
Errantes animas vi quaſi ventus agit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Inſtruit occultas Satan, ut vulpecula, fraudes;
Quos vi non potuerit perdere, fraude ferit.

79 *Facere & Docere. Act. c. 1. v. 1.*

NUda ſacerdotis docti bene credere inertem
Verba docent populum: Vivere vita docet.
Ut decuit docuit qui re ſua verba probavit.
Plus malefacta nocent, quam bene dicta docent.

80 *Fœnus & ſors.*

SOrte tua contentus abi: rem fœnore turpe eſt
Quærere: contentus vivito ſorte tua.

Inventio Veri.

81 *Ad Dubitantem.*

DIcitur invento poſt mille pericula vero
Pythagoras totum ſacrificaſſe bovem.
Hinc tam difficilis facta eſt inventio veri;
Ut tibi ſit vitulum ſacrificare ſatis.

82 *Circumciſio & Baptiſmus.*

CIrcumciſus eras & baptizatus, Jeſu
Chriſte: tibi neutro cum tamen eſſet opus.
Si purganda parum eſt utrumque ad crimina, quare
Alter utro tantum fas mihi, Chriſte, frui?

Sapientiæ duæ.

83 *Salomon & Ieſu Filii Sirach.*

POnitur Apocryphos inter Sapientia libros
Utraque, ſemper erit, qui ſapit, Apocryphus.

Vende omnia quæ habes, & da Pauperibus.

34 *In Avaros.*

OCcidit miſeros hæc Littera triſtis avaros?
Quidque ſibi velit hic Spiritus, uſque rogant.
Spiritus hoc ſibi vult, quod vos non vultis, Avari:
Pauperibus dare vult omnia; voſque nihil.

35 *In Sextum Anabaptiſtam.*

VIſibilis ſit necne Eccleſia Sexte requiris?
Veſtra inviſibilis, noſtraque viſibilis.

36 *Exulis ſolatium.*

NOn extorris ero dum vivam terraque ſtabit:
Nec dum terra ſolum dicitur, ex ſul ero.
In cœlis extra terramque ſolumque beatus
Mortuus extorris, mortuus ex-ſul ero.

37 *Venator, Piſcator, Auceps, Homo.*

DIvitas & opes venor: laudes & honores
Aucupor: expiſcor myſtica: ſcire volo.
Dum ſtultus deſidero ſcire, ſuperbus honores.
Ambio, vilis opes: inter-ea inter-eo.

38 *De iiſdem.*

DIſcurrit canis in terra, piſciſque profundo
Innatat; ad cœlos avolat ales avis.
Fertur in occultum ſapiens cum piſce profundum;
Ambitioſus avi par, avidusque cani.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

89 *Solatium pedeſtrium.*

NOn equus ad cœlos generoſum Caſtora vexit:
Nec puto Triptolemum currus in aſtra tulit.
Semita cœlorum eſt anguſta, pedeſtribus apta:
Ambulat in lata currus equuſque via.

90 *Cera.*

UTiliter triplex ego ſum, ſacra, juſta, ſalubris:
A myſtis, medicis, juridiciſque color.

91 *In quandam formoſam inſtabilem.*

TE Rex aſtrorum decorat, Regina gubernat:
In vultu Sol, in pectore Luna tuo.

92 *De Anima & Corpore.*

APpellant Graji ſervos ſua * σώματα quare?
Nam mens in ſerva libera carne latet.
* *Corpora.*
Corporis eſt Dominus, dominus; Rex corporis eſt rex,
Non animæ, ſoli noſcitur illa Deo.
Corporis eſt genitor, genitor; mens Numine divum
Ducit ab ingenito non generata genus.

De Miraculis Chriſti.

93 *In incredulum.*

NOn tibi tanta fides, facere ut miracula poſſis,
Tanta nec, ut poſſis credere facta, fides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

94 *Teſtamentum vetus.*

USque ad teſtantis mortem ſuprema voluntas
Ambulat, & nullo jure valere poteſt.
Ergo Patris teſtamentum vetus unde vocetur
Neſcio, cum mortem neſciat ipſe pati.

95 *Teſtamentum novum.*

HOc teſtamentum Chriſtique novumque vocavit
Neſcio quis primus, quiſquis at ille fuit.
Nulla tamen, dum teſtator ſupereſſet Jeſus,
Teſtamenti hujus littera ſcripta fuit.

96 *Erroorum plena ſunt omnia. Cic.*

ÆGrotant Medici, fraudantur Jure-periti,
Deſcendunt multi in tartara Theiologi.

97 *Contra omnes gentes.*

COndidit in terris hominem Deus unicus unum,
Factus homo multos fecit in orbe Deos.

98 *In Atheos.*

PRimus in orbe Deos fecit timor; eſt tamen, eheu,
Pene Dei reliquus nullus in orbe timor.

99 *Ad Mæcenatem ſuum Guillelmum Sidley, &c.*

LOngævi quis non optet tibi Neſtoris annos?
Vota facit vatum qualia vulgus iners.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Annum, non annos tibi plures opto, ſed Ann
Hic, mea ſi valeant vota, Platonis erit.

100 *In Cottam, pauperem & ineptum ſcriptorem.*

SÆpe novis opus eſſe inopi tibi veſtibus i
quis:
Eſt opus ingenio plus tibi, Cotta, novo.

FINIS LIBRI SECUNDI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EPIGRAMMATUM JOANNIS AUDOENI OXONIENSIS CAMBRO-BRITANNI.

Ad Mæcenatem ſuum ROGERUM AUDOENUM, Equitem auratum.

LIBER TERTIUS.

1 *Ad Rogerum Ovven, Mæcenatem.*

EST tua, virtutis ſtudium, prope propria virtus;
Hanc tu ſponte foves ingenioque faves.
Alterutrum in quocumque vides, amplecteris ultro,
In te menſura cum ſit utrumque pari.

2 *In Ponticum ſanum inſanum.*

PRoſpera te fecit fortnna ſaluſque ſuperbum:
Cum fueris æger, Pontice ſanus eris.

3 *Quota hora eſt?*

VIventi mors obrepit, juvenique ſenectus;
Horaque dum quota ſit quæritur, hora fugit.

4 *Bacchi Apotheoſis.*

VInum vera vetus promit; myſteria prodit:
Sicca latent hominum pectora; pota patent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Vinum cor aperit ; renes Rhenenſia vina
Scrutantur : Bacchum quis neget eſſe Deum ?

5 *In Labienum taciturnum.*

SI ſapis, es ſtultus, cum nil Labiene loquaris
Sive, quod es, ſtultus ſis, Labiene, ſapis.

6 *Fides cerea.*

CRedebant nummos ſine chirographo, ſine cera
Sinceri veteres, nunc ſine utroque nihil.

De ſeptem Planetis.

7 *Ad Firmicum.*

SOl aurum aſtrologo eſt : argentum Cynthia : cuprum
Alma Venus : (Veneri patria Cyprus erat)
Mercurius vivum argentum : Mars funebre ferrum :
Juppiter eſt ſtannum : plumbeus huic pater eſt.
Accipe de ſeptem tibi, Firmice, quinque planetas :
Sat mihi Sol ſolus : Luna ſat una mihi.

8 *In quendam illiberalem.*

CArmina de cœlo poſſunt deducere Lunam :
Ex loculis Lunam carmina nulla tuis.

9 *Primatus maritalis.*

NOcturnum imperium muliebre, virile diurnum eſt ;
Regnat enim noctu Cynthia, Solque diu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

In quandam.

PLuma ſupra caput eſt, & ſub pede ſuberis: utrumque
A capite ad calcem te probat eſſe levem.

Fides.

AStra oculus vicina, polum ſed opinio cernit.
Sic oculo cœlum cerno: Fideque Deum.

2 *Ad Thomam, Baronem de Elleſmer, Cancellarium Angliæ, &c.* 1612.

AMiſſus tibi filius unus, & unica nuper
Filia: adhuc ſupereſt unus; at ille trium
Inſtar Joannes, natorum ſumma tuorum,
Summus adhuc ſupereſt, non modo ſumma trium.

13 *Contemtus Mundi.*

FOElicem vitam vis vivere? ſpernito vitam,
Vivit enim miſere cui ſua vita placet.

14 *Ad Robertum Carum, Vicecomitem Roceſtriæ, & Henricum Danvers, Baronem de Danteſay, &c.*

JAcobos tu quinque & tu mihi quinque dediſti:
Non temere vobis diſticha quinque dedi.
Me veſtro nec amore licet nec munere digner:
Si tam cara forent cætera, dives eram.

15 *Ad amicum cœlibem.*

UReris? uxorem ducas, non expedit uri:
Conjugis in gremio mortificanda caro eſt.

16 *In Baldinum.*

EDidit indignos in lucem luce libellos
Baldinus; dignos attamen igne libros.

17 *Decalogus & ſymbolum.*

CUr credenda mihi faciendis plura jubentur?
Non tam difficile eſt credere, quam facere.

18 *Scientia & Charitas.*

SUnt duo noſcendi, duo ſunt mihi ſemper amandi;
Numen & ipſus Ego; Numen & alter Ego.

De Decimis.

19 *Ad Laicos.*

QUi venit hinc fructus, fructus ſuperemines omnes:
Poſterior nono eſt undecimoque prior.
Quam bonus en Deus eſt, ſibi qui non exigit ipſe
Plus decimo, vobis qui dedit ipſa decem?

20 *De Deo & Mundo.*

NOn eſt in mundo Deus hoc; hic mundus in illo eſt:
Hoc ſumus in mundo nos, utinamque Deo.

21 *Ius Decimarum & Primitiarum.*

OMega & Alpha Deus: rerum petit ergo tuarum
Jure ſibi decimas primitiaſque Deus.

22 *Spes, Fides & Charitas.*

SOlus Amor nobiſcum intrat penetralia cœli,
Non habet in cœlo ſpes ve fides ve locum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Credendum poſt funera nil erit: omnia cerno:
Sperandum mihi nil, omnibus ecce fruor:
Semper erit quod ametur: amor poſt funera vivit,
Dum Deus in cœlis ipſe ſuperſtes erit.

23 *In Polydorum.*

CUi jacet in clauſa nummus quaſi mortuus arca,
Argenti vivi nil Polydorus habet.

24 *Ad ſeipſum.*

BIbliopola tuos ambivit, Oëne, libellos;
Dixiſti pretium verſibus; ille dedit.
Excuſus liber extat, emis tua carmina nummis;
O miſer! ingenium vendis emiſque tuum.

25 *In uxorium.*

CLavum in puppe tenes; at te tua cymba gubernat;
Quæ gerit, hæc eadem te tua cymba regit.

26 *Conjuges Duo in carne una.*

COrpore myſtorum niſi Cor amor uniat: ambo
Non fiunt Unus; ſed fit uterque Duo.

27 *Homo Solaris.*

SOl ſemper rapido currit contrarius orbi:
In curſu vitæ ſolem imitetur homo.

28 *In Montanum.*

INgenii Montane tui eſt vigor igneus. Unde
Colligis hoc, inquis? Naſcitur igne nihil.

29 *Londinum.*

URbs ſterilis fructus agrorum in ſtercora vertit:
Fertilis in fruges ſtercora vertit ager.
Tu victum debes avido vitamque colono;
Debet ſtercoribus non minus ille tuis.

30 *Ad amicum cognatum, Theodorum Friſe Theologum.*

SEmper in incerta re tu mihi certus amicus:
Ne ſit amicitiæ nomen inane, caves.
Quem verbis profitere, probas tu rebus amorem
Linguæ vocali conſona vita tua eſt.

31 *De Atheis & Polytheis.*

TOt timet eſſe Deos quot fert incommoda pauper:
Eſſe Deos nullos ſperat Avaritia.
Impietate minus quam Copia peccat Egeſtas;
Iſta Deos poſuit, ſuſtulit illa Deum.

Soli (ci) tudo.

32 *Ad Ponticum.*

NOcte dieque aures clamoribus uxor adimplet,
Te tua ſollicitum, Pontice, ſemper habet.
Quid ſupereſt remedi? de ſoli (ci) tudine tanta
Tertia dematur ſyllaba; ſalvus eris.

33 ** FAS.*

SPe cœlos & Amore Fideque aſcendere FAS eſt:
Abſque tribus cœlos his penetrare Ne FAS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

es lævæ dextræque Fides aſſiſtit Amori;
Virtus in medio maxima conſtat Amor.
* *Fides, Amor, Spes.*

Ad doctum & diſertum Equitem Rogerum Owen.

ESſe videreris juvenis, doctiſſime, ſi vel
Surdus ego; vel Tu mutus, Oëne, fores.
juvenem credat nemo, niſi clauſerit aures;
Te, ſi non claudat lumina, nemo ſenem.

Octo.

SErvator mundi pronunciat octo beatos;
Servatrix quatuor bis beat Arca Noe.

De primatu viri, problema.

CUr Deus omnipotens ex conjuge condidit Evam?
Congeneri ne ſe diceret eſſe parem.
terra prognata foret, ſoror eſſet Adami;
Seque parem fratri crederet Eva ſoror.

7 *Conjux.*

INferior cum ſit quævis matrona marito,
Unica cur ſexum ſignat utrumque nota?
Cur æquè conjux vir & uxor uterque vocatur?
Uxor enim non eſt æqua, at iniqua, viro.

8 *Epigramma*

ESt noſtrum, quorum eſt epigrammata ſcribere munus,
Quolibet ex ligno Mercurium facere.
Verſor ego in verbis, veluti Paracelſus in herbis;
Subjicit ille ſibi res, ego verba mihi.

39 *In Paulam fœminam lectiſſimam.*

Miraris quare lectiſſima Paula voceris,
In medium lectus te tenet uſque diem.

40 *In quendam litigioſum.*

Cauſidicus ſi non eſſes, liteſque creares;
Cauſidicus quamquam ſis, morere fame

41 *Lectio ſacrorum.*

Et latro, & cautus præcingitur enſe viator
Scripturam Hæretici Catholicique legunt

42 *Ad Ioannem VVilliams, Cambro Britannum Oxonienſem, Theol. D. & Collegii Ieſu Principalem.*

Scrutaris Tu Scripturas Vetereſque Novaſque
Janus es, à tergo quid ſit, & ante vides.

43 *Ad Ioannem VVillams Cambro-Britannum Catabrigienſem, Theologum, & Collegii S. Ioannis Socium.*

Ingenioſe tuum Juvenis ne conde talentum
Cambrorum per te perpetuandus Honor.

44 *Ad Ioannem VVilliams, Cambro-Britannum Londinenſem, Regis Aurificem.*

Civile ingenium pluſquam civile videtur
Jane tuum; plus, me judice, cive ſapi

45 *Ad eoſdem.*

Tres mihi cognati, mihi vos tres eſtis amic
Tres Jani, veſter ſum quoque Janus eg

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

46 *Ad Creditorem.*

EST tibi, qui debet ſervus, qui ſolvit amicus:
Debita qui non vult ſolvere quid? Dominus.

Veritas in profundo.

47 *In fucatam.*

FAlſa patent, at vera latent; in te patet iſtud;
Nam faciem fictam, cætera facta geris.

48 *In Phyllidem.*

DAs gratis; at Phylli negas tamen oſcula gratis;
Ingratum & gratum eſt, quod dare Phylli ſoles,

49 *Gravitas & Levitas.*

SInt gravitas levitaſque ſibi contraria quamvis;
Sit grave nolo meum ſit leve nolo caput.
Quorum utrumque malum eſt, odi contraria; conjux
Sit mihi nolo levis, ſit mihi nolo gravis.

50 *In garrulum morbo colico laborantem.*

LIngua loquacior eſt, culus taciturnior æquo:
Illa loquendo homines, iſte tacendo necat.

51 *In Theologaſtrum ſophiſtam,*

QUid tibi neglecta virtute ſcientia prodeſt?
Deſine jam verum quærere: quære bonum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

52 *Actio & Paſſio.*

QUi mala multa facit, patietur multa viciſſim:
At mala qui patitur plurima, pauca facit.

53 *Reſipiſcentia & Reminiſcentia.*

ME miſerum meminiſſe dolet jam, quæ mala feci
Plurima; quæ paſſus ſum, meminiſſe juvat.

54 *Damnatus.*

TRiſtis, & undecimo tua par fortuna Decembri;
Poſt lucem ſequitur nox tibi longa brevem.

55 *Beatus.*

UNdecimo Juni tua par fors læta videtur;
Poſt noctem fulſit lux tibi longa brevem.

56 *Felix & Feſtus.*

INfeſtus tibi Paule fuit ſanctiſſime Feſtus:
Infelix Fœlix, & tibi Paule fuit.

57 *Democritus & Heraclitus.*

TEmporis iſte ſui caſus & crimina flevit;
Riſit ſtultitiam temporis ille ſui.
Semper erunt miſeri mortales, ſemper inepti,
Hic ut in æternum rideat, ille fleat.

58 *Semp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

58 *Semper* { *Idem.* *Eadem.* *Idem.*

SPes eademque Fides ſit ſemper, Amorque ſit idem,
Ingeniumque tibi ſit ſibi ſemper idem.

59 *In Ignorantem arrogantem Linum.*

CAptivum Line te tenet ignorantia duplex:
Scis nihil, & neſcis te quoque ſcire nihil.

60 *In Poetam Mævium.*

A Non-ente malum, Mævi, nil diſcrepat: ergo
Plurima cum facias carmina, nulla facis.

61 *Helena & Penelope.*

TYndaris Iliadem fama ſuper æthera vexit:
Implet Odyſſeam gloria Penelopes.
Penelopes, Helenæ morientur nomina nunquam:
Hæc quoniam voluit, noluit illa rapi.

62 *Vita.*

VItam ſic texit Natura, ut aranea telam;
Longus, at in lapſum pronus, uterque labor.

63 *In Paulam.*

USuris vir, Paula, tuus, tu corporis uſu;
Vir victum quærit fœnore, tu femore.

64 *In avarum parcum.*

NIl numerare juvat, nihil addere ſemper acervo,
Multiplicare nihil; Divide, dives eris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

65 *Veritas & Virtus.*

NUnquam tam pauci, quam nunc bene vivere diſcunt;
Nunquam tam multi qui docuere viam.
Credendi docuere vias hoc tempore multi;
Qui docuere vias, non docuere viam.

66 *Scriptores hujus ſæculi.*

CArpimus extremas voces & verba priorum.
Priſcorum, qui nunc ſcribimus. Echo ſumus

67 *Tres Rectores mundi.*

THeiologus ſapiens ſit, ut omnibus omnia fiat:
Juridicus prudens ſit, Medicuſque ſciens.

68 *Votum Autoris.*

NEc paupertatem nec opes deſidero magnas:
Nolo Parum: Nimium non volo; Sat mihi ſat.

69 *Libri prohibiti.*

NItimur in vetitum ſemper cupimuſque negatum,
Uxor amatori ſordet, amica placet.
Deformis, dum ſervatur, formoſa videtur;
Sic vetitus pulcher creditur eſſe liber.

70 *In Peſtum.*

CUm tibi ſim per-Fidus ego, mihi perfidus es tu:
Cur ita? reſpondes; proximus ipſe mihi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Proximus eſto tibi; nollem mihi proximus eſſes:
Cui ita? vicinos non amo, Feſte, malos.

71 *Pſeudo-Eccleſia.*

SE ſponſam Domini quæ non Eccleſia jactat?
Pars tamen iſtarum quanta meretriculæ?
Si non mentitur ſibi Pſeudo-Eccleſia, plures
Uxores Chriſti quam Salomonis erunt.

72 *In Decianum.*

MUndus, ais, malus eſt: cum ſis tamen unus eorum,
Quorum opera mundus ſit, Deciane, malus.

73 *In Dindymum.*

BAccalaureus es vetita jam Mœchus in arte,
Dindyme; cum fueris Leno, Magiſtereris.

74 *Ad G. T. 1606.*

SErvi diſcipulus cum ſis dominuſque magiſtri,
Fœlix es dominus, diſcipuluſque miſer.

75 *Ragion di Stato.*

REgnum Juris erat recti Reſpublica quondam:
At nunc jus regni regnat ubique novum.

76 *In quendam crucigerum Hypocritam.*

ESſe crucifixi juvatus creditur hoſtis
Belzebub, & viſæ vertere terga cruci:
Non tamen iſte crucem fugit impius Angelus omnem;
Eſt tibi nam * Crux in pectore, corde Satan.

* *La Cruz en los pechos*
Y el Diablo en los hechos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

77 *Chriſti vita & mors.*

MUlta tulit pro me Chriſtus fecitque: probavit
Perpetiendo hominem ſe; faciendo Deum.

78 *Stella Magorum.*

STella Mathematicis incognita, duxit euntes
Ad Chriſtum magnos ex Oriente Magos;
Invenere Magi Dominum duce ſidere fido;
Ad Chriſtum ducat me, mea ſtella, Fides.

79 *Vitulus aureus à Moſe confractus.*
Exod. c. 32. v. 20

QUem ſacer ex auro vitulum conflavit Aaron,
Non ſinis in magnum creſcere Moſche bovem.

80 *Triumviri.*

IMmodicus Medicus, Legiſtaque vivit ut ex lex:
Quid ſunt Theiologi? nil niſi Theio-logi.

81 *Ad Hiſtoriographum.*

LIber in hiſtoria loqueris? nocet eſſe locutum:
Admiſces falſi nil? tacuiſſe nocet.
Diſſimulans ſimulanſque ſibi in contraria fertur;
Qui volet hiſtoriam ſcribere, ſervus erit.

82 *De diluvio & fine mundi.*

LAſcivi propter peccata pudenda caloris,
improbus in gelida mergitur orbis aqua.
Peccatum propter gelidum frigentis Amoris,
Reſtat, ut hunc mundum devoret ignis edax.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Per ſua ſic morbos medici contraria curant:
Algor iners flammis vincitur; Ardor aquis.

83 *Debitor & Creditor.*

NIl Evangelicum tibi debeo præter Amorem;
Præter Apoſtolicam nil tibi credo Fidem.

84 *De Deo & Diabolo.*

NUllum vult ſalvum fieri Dæmon: Deus omnes.
Perſonæ acceptor nullius Ille, nec Hic.

85 *De bono & malo.*

POEna malum poſt fata manet, ſua præmia juſtum
Alter quod ſperat, quod timet, alter habet.

Fac ſimile.

86 *Ad Attalum I C.*

ATtale ſacra piæ miſcenda Theorica Praxi;
Sanctorum vitas perlege: Fac ſimile.

87 *Redemptor.*

TE ſine nil video, ſapio nil, Tu meus es Sol
Solus, Tu meus es Sal, mea Sola Salus.

88 *Methodus pecuniaria.*

MAgna quidẽ virtus nummis eſt poſſe potiri,
Scire uti, major; maxima, velle frui.

89 *In Scriptores hujus ſæculi.*

SCribendi fatuos tenet inſanabilis error:
Sat ſibi, ſi quod non ſunt videantur, habent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Dum temere ſibi quiſque placet, mortalia ſcribit
Raro placent aliis, qui placuere ſibi

90 *Paradoxon.*

DEſcendat triſtem licet Atheus omnis i
Orcum,
Nullus in inferno eſt Atheus, ante fuit.

91 *In Gaurum.*

LAudas Gaure nihil, reprehendis cuncta: videt
Ne placeas nulli, dum tibi nemo place

92 *Ad ſeipſum.*

SCire velis Odoëne quotus tibi reſtet amicu
Pondere non numero diſcute; certus eri
Calculus & digitus numerantem ſæpe fefellit
Sit licet ignis, habet non leve pondus Amo

93 *Regis & Tyranni diſcrimen.*

QUid jus ſit Rex, atque pium, conſiderat æquu
Quid juſſit, memori in mente tyrann
habet.
Juſſa boni Regis precibus præpono tyranni:
Cum rogat iſte, jubet, cum jubet ille, rog

94 *In quendam.*

STultorum *Bed-lem*, nebulonum Regia *Briedu*
Utram harum mavis, ingrediare, licet.

95 *Mater Eccleſia.*

VOs eſtis Chriſti fratres, ego ſponſa ſalut
Fratria ſum vobis: cur vocor ergo paren

96 *De Sectis.*

SEnſus quinque homini veteres tribuere Sophiſtæ ;
Tres animas : Animos quis numerare poteſt?

97 *Vita in ſanguine.*

CUnctorum poſuit Moſes in ſanguine vitam
Legifer. In Chriſti ſanguine pono meam.

98 *Ad Thomam, Baronem de Elleſmer, Angliæ Cancellarium, conſolatio de obitu Martæ unicæ filiæ, optimæ fœminæ, 1612.*

QUis dubitat, Neſtor quin plurima, Neſtore plura
Fleverit annoſus funera Mathuſalem?
Nemo diu vivit, videat quin crebra ſuorum
Funera: Fœlices triſtia multa vident.
Crebra tuæ, doleo, videas quod funera prolis;
Gaudeo, quod funus non videt illa tuum.

99 *In ſcriptorem ineptum.*

SCripſiſti æternos, ſi fas mihi dicere, libros:
Fine carent libri principioque tui.

100 *Ad tres Mæcenates, Eduardum Noel, Guillelmum Sidley, & Rogerum Ovven.*

CErtatis, ſemperque precor certate, viciſſim,
Mæcenas veſtrum ſit mihi ſummus uter.
Hanc litem inter vos (Litem ſine lite) fovebo:
Nec vinci quemquam, vincere quemque ſinam;
Non dedit hæc vobis pia concertatio damnum;
Ceſſit at in noſtrum Lis generoſa lucrum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

101 *In obitum Henrici Principis. 1612.*

MOrtuus eſt flendus lacrymarum flumine Princeps,
Spes Britonum, Patris gloria, Matris honor.
Cui Fratrem præter germanum, nemo ſecundus;
Præter germanam, nemo ſecunda fuit.
Vivus honoratur Princeps, extinctus amatur,
Gentis Honos & Amor, dum fuit ille, fuit.
Hæc ego dum madidis mecum meditarer ocellis,
Salſa mihi è gemino guttula fonte fluit.
Non ignare mali Lector, mihi credito fletu,
Sermonis cogor rumpere fila; Fleo.

102 *Ad ejuſdem Manes.*

TU mihi curaſti numeranda ſtipendia nuper
Annua; ſublatum eſt hoc mihi morte tua.
Hac vellem te lege tamen ſupereſſe Britannis,
Adderet ut rebus nil tua vita meis.
Nil prodeſſe potes mihi nunc, Tibi nil ego: gratum
Quis tamen in cineres me vetat eſſe, Tuos?

103 *Ad eundem.*

TU * mihi Cæſar eris, nuper tibi carmine dixi:
Heu mihi dicendum nunc, mihi Cæſar eras.

* *Epigr.* 1. *libr.* 1. *ad E. Noel.*

FINIS TERTII LIBRI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

APPENDIX
EPIGRAMMATUM
JOANNIS OWENI.

1 *Virtus.*

PRæter Virtutem nihil immortale tenemus;
Mens manet & Virtus: cætera mortis erunt.

2 *Fides Chriſtiana.*

Omnis noſtra fides pendet ab hiſtoriâ.

3 *Regula Vitæ.*

ESto multorum, ſoli tibi notus amicus;
Et quod vis alios ipſe ſilere, ſile.

4 *De Modo faciendi Lapidem Philoſophicam.*

NEſcio, vel, ſi fortè ſcio, me neſcio ſcire;
Quod ſcio, ſocraticè me ſcio ſcire NIHIL.

5 *De Roſâ.*

QUo nares perfundat habet Roſa ſuavis odorem
Quo contrectantem pungat, acumen habet.

6 *Ad Effigiem D. Thomæ Eggerton Baronis de Ellezemer, Angliæ Cancellarii.*

VIrtutis quicunque oculo vis cernere formam
Ecce tibi Virtus hujus in ore Viri:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Libertas quanquam Pictoribus atque Poëtis
Audendi ſempèr quidlibet æqua fuit;
Carmine mentitum nihil hoc liquet eſſe Poëtam,
Mentitus nihil eſt Pictor in arte ſuâ.

7 *De Ioſephi Scaligeri diſceſſu ex Gallia.*

ABſentem nunc Gallia te deſiderat unum:
Dum tua te tenuit Gallia, nullus eras.

8 *Ad Iacobum Fetzerum I. C. Patritium Noricum.*

FLuxatum contemptor opum, cupiduſque videndi
Vera per omne ſolum, mira per omne ſalum,
Impiger extremum currens FETZERUS ad axem,
Per terram æternas & mare quærit opes.

9 *Ad Ioachim Morſium.*

MORS JUS.

Non habet in te.

IN libro, Joachime, tuo mea nomina ſcripſi:
Dignus es in libro non en habere meo.

10 *De Thomâ Farnabio commentatore Senecæ Tragœdi. Ad Lectorem.*

QUi tantum modo lectus erat lectiſſimus autor,
Nunc intellectus, non modo lectus erit.
Suſpenſum Senecæ te littera nulla tenebit
Farnabii dum te ſpiritus intus agit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

11 *De Thomâ Pantſchmano.*

GAllinas pingues, perdices, & phaſianos
Divitibus mittis, pauperibuſque nihil.
Mittere perſonæ vis convenientia cuique?
Mitte cibos miſeris, divitibuſque famem.

12 *In Gulonem quendam.*

HAuſiſti quot ferre tuus quit pocula venter?
Pocula non lædunt paucula, multa nocent.

13 *Nobilitas cujuſdam Hugonis.*

CUm ſis vir nihili, vis nobilis, Hugo, videri:
O Hugo nugo, nobilis es nebulo.

14 *Onus Ebrii.*

PEr varios hauſtus & per tot pocula Bacchi
Ebrius in lotio Sus velùt hæret hians.

15 *Iocus D. Ovveni.*

JUvenis oritur, conjugatus moritur,
Viduus reſurgit, Phœnix alter.

Ad hunc ita alluſit Paulus Stocmannus.

IN vivo vitam, mortem, redivivaque membra,
Cernere ſi cupias: hoc Epigramma legas
Cælebs es? vivis: moreris ſociate: reſurgis,
Si viduus. MORSIO cautus OWENUS ait.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

16 *Morabantur ſimul in diverſorio Londini Iac. Fetzerus Ioach. Morſius & Matthias Lejus. Ad hos cum viſeret Ovvenus, præſentia ejus ita gratulatur Fetzerus.*

HOc erat in fatis at numine fata reguntur,
Quod nos conjuncti tres in amore ſumus.

Cui reſponſum ab Ovveno.

ULtimus huc veni: ter tres hic ante fuiſtis;
Non tamen ad Muſas venit Apollo novem.

Fetzerus iterum.

Ad Muſas gratus venit Apollo novem.

17 *Ovvenus de cælibatu ſuo.*

IPſa mihi quamvis uxor ſapientia detur,
Uxorem nolo ducere, mundus ait.
At Martinus ait, ſine conjuge vivere nolo,
Ipſa licet conjux ſit mihi ſtultitia.

Deciſio.

INter utrumque tene, medio tutiſſimus ibis;
Non bene Martinus, non bene Mundus ait.

18 *Ad Martinum Lutherum*

TU duc ſtultitiam, mihi ſit ſapientia conjux;
Tu regito uxorem; me mea nupta regat.

19 *Imitatio hujus Epigrammatis.*

ET ſi ſponte mihi ſapientia nubere vellet,
Uxorem nollem ducere, mundus ait.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Conjuge, ſtultus ait, non vellem ſponte carere,
Præſto licet conjux ſit mihi ſtultitia;
Aſt ego malo meis, quam iſtorum ſenſibus uti:
Non bene mundus ait: non bene ſtultus ait.
Sit tibi ſtultitia, aſt mihi ſit ſapientia conjux:
Illa tibi placeat, hæc mihi nupta placet.

M. MATTHIAS LEJUS, *Arvillarienſis.*

20 *In Album cujuſdam.*

MEnte tene noſtrum, nec dedigneris amorem;
In libro nudum nil niſi nomen habes.

21 *Incendium Romæ.*

EIa age perge Nero ridere in funere Romæ,
Quæ modo ridebit funere Roma tuo.

Cedant Arma Togæ.

22 *Ad Ciceronem.*

CEdant Arma Togæ, quid dicere profuit? armis
Si cedat, Cicero, te pereunte, Toga.

23 *Imperitus.*

IGnorat genitiva, rudis declinat Orontes,
Et ſine vi ſperat diſcere quid ſit Amo.
Qui male conjungit verbum, adjectivaque neſcit,
Indoctus juvenis, quid vir? ineptus erit.

24 *Querimoniæ Maritales.*

MÆſta virum languere toro Dionyſia clamat;
Quis pudor eſt? ſponſi debilitatur amor.
Vir queritur quoties optata ad limina pulſat,
Clamare uxorem, janua clauſa nimis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Siccine ſponſus ait, noſtri illudentur amores,
Arma dabunt aditum ſi nimis arcta via eſt.
Nunc ſit amor judex; reſpondet ſponſa marito,
Sat tua quid valeant novimus arma, nihil.

25 *Productio Nihili.*

CUi bajulat venter pariendi preſſa dolore
Sponſa viro dicet? eſt nihil iſte labor.
Si ſit opus nihili, ſponſo quid nomen habere
Profuerit ſine re? ſit nihil abſque viro.
Conjugis ex dicto mentem cognoſcere fas eſt,
Parvula naſcetur filia, triſte nihil.

26 *Productio vera.*

PRædixere tibi verum Dionyſia vates,
Filia bina tibi nata parentis amor.
Macte animo generoſa, tuo quæ tertia proles
Conditur in gremio, ſpes erit illa patris.
Ter conatus erat natum producere in aluo
Sponſus, cum queritur quod male reddat ager;
Tu complexa virum toties, Dionyſia dixſti,
Nunc haſtam puero perfice, doctor eris.
Ecce Cupido parat gravido quod defuit orbi
Addere, naſcetur maſculus iſte tibi.
Sic qui rura paterna metit ſpe luſus inani,
Meſſe novâ ſperat quod meliora metet.

Amor venalis.

27 *In Alanam.*

SI res ſpiritualis Amor, quæ vendit amorem
Quanti ſit pretio dicere nonne poteſt?
Corporis uſuram referens, hoc credit Alana
Dulce ſibi, mœchis dum ſit amarus Amor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

28 *Munus inviſibile.*

SI breve quod ſponſo eſt Pomponia creſcere velis,
Quod Veneri fuerit Mars, ero ſponſa tibi:
Tunc nova languenti dabis incrementa marito;
Hic Vulcanus erit, tu quoque pulchra Venus.

29 *Quatuor Sæcula.*

VErus amor, veros quondam produxit amantes;
Aurea quæ fuerant Sæcula, nulla manent.
Sic extincta fides Priſcis Argentea poſtquam:
Tempora luxerunt, fit ſua cuique domus.
Aënea per terras vix Sæcula fluxa, furores
Proſilvêre, ſimul jurgia nata foro.
Ferrea diſcordes ad prælia provocat ætas;
Poſteritas utinam facta reſurgat Avûm.

30 *Sors Conjugii.*

PRoh dolor! exclamat percuſſa Cupidinis arcu
Sponſa Viro, quid id eſt? Cuſpide læſa cado.
Heu cecidiſſe pudet! Mater ſuccurre dolori:
Muſca cutem inflavit; quæ medicina malo?
Tunc Matrona potens Veneriſque experta labores.
Vulnus ùt aſpexit, vulnus Amantis opus:
Define Sponſa queri, dixit, de vulnere telum
Traxit Amans: utero pignora certa patent.
Sit dolus an virtus, partu Lucina dolores
Auferat; ecce novus Advena: gaude Pater.
Conjugis admiſſum reparaſti fœdere crimen:
Sic per aperta placet tutus adire viam.
Notus Adoptivi tantùm ſub nomine Patris
Publica damna luis, officioſus homo es.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

31 *Sanatus Amans.*

ECce ſub umbroſâ procumbens arbore Daphnis,
Phillidis ad cantum, talia voce refert.
Siccine inexpertos vento confidis amores?
Nil cantare juvat, oſcula noſtra cape:
Uror amor tui, dixit; quâ territa voce
Phillis, amatori ſuppeditavit opem.

32 *Aura fortunæ.*

FOrtunam Themidemque inter Diſcordia quare?
Legibus adverſis utraque jura fovet.
Sub Jove lis oritur, litem hâc ambage reſolvit;
Sol, Themis trutinam, ſic volo, dextra ferat:
Sed placitum fortuna malo ſuccurrat egentis;
Flaverit Aura foro, luditur alma Themis.

33 *Deus & Homo.*

CUm Deus ex nihilo produxerit omnia, conſtat
Quid ſit homo, nihil eſt, & Deus omne potens

34 *In Stultum Hæredem.*

STulte quid expectas ſterilem ſine conjuge vitam
Dixero cum Sapiens aſſerat eſſe malum?
Væ Soli, meliuſque duos conjungere fœdus.
Ergo quid aſpiras? tollere morte bonum.

35 *Poëtarum Spes.*

CArmina poſt mortem quid ſperas, Pontice, vivant?
Si Virtutis opus vivere, vivet opus.

36 *In Comœdum.*

HIc jacet in tumulo gentem qui tam e nè luſit;
Luſerat & mortem, mors quoque luſit eum.

FINIS.

NOBILISSIMI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

NOBILISSIMI
D. JOACH. MORSII
EPISTOLA
Ad v. Cl.
D. OWENUM. &c.

Celeberrime Domine OWENE, *fautor & amice pl. obſervande, cum in Britanniam veſtram abeat Nobilis & præclarus Vir*, GOTFRI-
US HEGEN TIUS *noſter, chariſſimum œbo & Muſis caput, committendum mihi non tavi, quin ad te ſcriberem, memoriamque tibi ſuaſſimæ illius converſationis recentarem, qua me &* ACOBUM FETZERUM, *Patritium Noum, annis aliquot retro, ſæpius apud vos beaſti. nquam ſingularis tua pietas, eruditio incomparabi-, ac virtutes eximiæ effluere ex animis noſtris poſnt: quantum nos nullibi non apud optimum quemie præcones grati vivimus.*

Certe nulla dies elapſa, quod non cum præſentium chibitore amiciſſimo (quamdiu Hamburgi commoratus it) ſermones honorificos de te habuerim: vel potius depradicatione immortalium tuarum laudum cum non certarim. Si quis enim in Germania, qui noſcum te ſummopere admiratur, & juſto teſtimonio ob ivinas ingenii tui cæleſtis dotes colit, hic ipſus eſt: em æternum tuæ præſtantiæ obligaris, ſi eius fidei amori concredes nova quædam inedita tua Epigramata, Theſpiadum in æde locanda. Quod ut faas, eumque tua benevolentia & familiaritate digne-, non ſolummodo ego cum illo: Sed & melior pars

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

cordis noſtri FETZERUS, *poſt longinquám peregrinationem ſuam , per omnes prope totius terrarum orbis plagas in patriam redux (ubi jam Conſiliarii & legati munere fungitur ,) unicè nobiſcum te obteſtatur.*

Nihil enim aureis tuis verſiculis venuſtius , nervoſius , argutius & doctius uſpiam reperitur. Non tantum provocaſti omnem ubique Antiquitatem : verum & longe lateque illam in ſpecimine hactenus publicatorum , ſuperaſti , in quo nihil vaſtum , inane , turgidum : nihil diſſolutum , exſangue , vel ſpinoſum atque abhorrens à noto genere & modo loquendi : ſed cuncta preſſa , apta , pudica , perſpicua & ſcite conſperſa ſalibus , jocis , lepore ac naturali ſua pulchritudine exſurgentia , exiſtunt : ſic ut iis nihil addi, nihil demi queat Vale decus ſeculi noſtri , & me veteri tuo affectu orna , in ejuſque teſtimonium me aliquando politiſſimis tuis litteris & carminibus inviſe. Dabam curſim Hamburgi anno æræ Chriſtianæ MDCXXVII. *exeunte Iunio.*

Subitaneis incluſi hiſce ex Epigrammatibus D HEGENITII, quod ſuperioribus diebus in honorem veſtrum ſcriptum mecum communicavit Peto ut illud cum meis extemporaneis & inconcinnis, tua humanitas egregia benigno vultu excipiat.

G. HEGENITII IN LAUDEM MARTIALIS BRITANNICI EPIGRAMMATION.

VUlgus opinatur, ſat laudis habere Poëtam,
Qui ſciat immenſis fnndere metra log s.
[...]quid OWENE putas? Tua quod MELETEMATA filo
Sint contexta brevi, laus erit inde levis?
[N]on puto. Namque tua ſophos in brevitate niteſcit:
Nec labor iſte levis, taliter eſſe brevem.

ALIUD

Neſcio cujus.

QUantum Bilbilico debet ſua patria Vati,
Tantum pænè tibi patria debet humus.
[N]emo tibi arguto, facili, puroque brevique
Scribere par poterit tale Epigramma ſtylo.

[...]Quod ſatis explicat elogium OWENI; Elegis [...]ge & inferiis memoriam defuncti fas eſſet [...]oſequi. Nam ille nobis heu pro novem Muſis [...]ivem has litterulas ultimâ voluntate reliquit [S]EQUIMINI.

[...]Imò Ave, Lector, & cogita, nos ordine [qu]em Deus ac Natura juſſerit, cunctos ſecuturos.

TANTUM EST.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Supplendæ chartæ hæc adjicere viſum fuit.

CUm virtuti ſuus debeatur honos, quem, in viro quolibet, ipſa ſibi vindicare po eſt lubentiſſimè teſtatus ſum ac teſtor Virum egregium GOTFRIDUM HEGENITIUM I. V. Candidatum, quemadmodum in aliis Academiis ita vixit, ùt primorum celeberrimorumque hujus ætatis virorum benevolentiam amoremque, quod in rebus humanis primum eſt, ſi conſiliaret, eundemque aſſiduis officiis meritisque tueretur, ita in hac noſtra, in quâ aliquamdiu verſatus eſt ita ſe geſſiſſe, ùt quantum vel in aliis profecerit vel ex hominum magnorum amicitiâ ad virtutem lucrifecerit vel in aulis principum in quibus verſatum intelligimus didicerit ac obſervaverit, quotidie re ipsâ atque uſu probet, ita ùt tùm morum probitate, tùm vero eruditione, atque imprimis juris utriuſque in quô aliquamdiu etiam publicè ſe exercuit peritia omnibus ſe approbarit

DANIEL HEINSIUS.

Lugduni Batavorum anno 1629.
3. *Ianuarii.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

ALBERTI INES
E SOCIETATE JESU,
ACROAMATUM EPIGRAMMATICORUM
CASTIS

Verecundiſque Salibus.

IN GRATIAM

Studioſæ Juventutis intertextorum.

EDITIO NOVA
Et correctiſſima.

AMSTELODAMI,
Apud Elzevirium.
M. D. C. L X X I X.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

N*Oſtri Adoleſcentes , ubi primum ad Rhetoricam lucem enaſcuntur ; nihil ſibi videntur ſapere , niſi inſipidum aliquem, & laſcivulum Poëtam præ manibus habeant , &c. Nolo tamen armatæ alicujus Palladis fulmine , tanquam Ajaces , fuerint proſternendi : Sat erit arma quædam luſoria in eos intendere , & ſenſim ex Adonidis carceribus extractos ; ad caſtiores Acroamatum Salinas invitare.* Sanct. Leo , ſer. 1. ¶. 3.

V*Olo ſævire nonniſi per Iocos , dicaceſque Facetias : nec oluſcula mea , ſine Salillo & Acetario , quicquam ſapiunt. In quo nemo mihi damnum gravitatis objiciat ; nam & Socrates , quantum barbatorum hominum fuit unquam in Græcia , homo graviſſimus, Ironiis , ac Iocis , Acuminibus , Faceciis , Argutiis , Sophiſtarum Nationem impetebat.* Idem , ibidem ; page. 50.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

PROOEMIUM
Intentum Auctoris, & Opuſculi hujus Scopum explicans.

LECTORI SUO, AUCTOR.

IN Epigrammatibus hiſce, plura audeo & voveo, quam effecturum me ſpero. Adeo, mi Lector, votorum audacia, ultra ſpes ſuas poteſt quandoque aſſurgere. Nimirum mens mihi eſt, obſcœniſſimos aliquorum Epigrammatiſtarum libellos, è manibns ſi non omnium; eorum ſaltem, qui Scholas Societatis, *i. e.* Gymnaſia Pietatis, frequentant Juvenum extrudere: eorumque calamos & ingenia, ad honeſtiorem Poëſim, ſaleſque caſtiores revocare. Egi hos quantum potui, in umbra, dum Rhetoricam docerem, ago nunc in Sole, quandoquidem ad ſanctiora, ſeverioraque ſtudia revocatus, arenam illam deſerui.

Atque hæc cauſa eſt, cur omiſſis longioribus, Sacræ & gravioris materiæ, quæ ad manum erant, Epigrammatis Acroamata potiſſimum libello hoc præmittenda duxi. Faſtidientibus paſſim ſacra acumina, & ambitus proxiliores Acui hujus ingeniis; adiaphora hæc, & Laconicâ brevitate ſuccincta ſuggero. Omnibus prope Epigrammatibus Sales honeſtiores inſpergo; ac excitata alias ingenia, inter fæditates illas

putreſcant. Jocis hîc liberalioribus, innocentibus tamen; imò Pipere, ſed quod ultra honeſtam relaxationem non mordeat, plena omnia. Quo inquies propoſito? Eo nimirum, ut horum lepore, & jucunditate, imò & facilitate, Juvenes allecti, fœdiſſima illa expungant, ac è ſuis Bibliothecis proſcribant: ipſique poſtea honeſtiora hæc non illibentes lectitent; & quod in votis habeo, facili ingenio imitentur.

Quid enim? videas hodie, prô dolor? obſcœniſſimas aurium & animorum peſtes, à nullo non geſtari, nullum non ediſcere. Ille acutiſſimus feſtiviſſimuſque Auctor creditur, qui maximè impudens eſt: nec quiſquam aliter ingenioſi capitis laudem mereri poteſt, niſi ipſam prius frontem amittat. Non miror Hæreticos, quibus iſta impensè ſapiunt; ut potè immerſis Carni & Sanguini. Scribunt illa paſſim, quæ faciunt. At verò noſtrates mihi ſtomachum movent, quibus nihil hodie ingenioſum eſt, niſi idem laſcivum ſit.

Audias pleroſque ad cultiſſima Catholicorum Epigrammata nauſeare; illorumque ingenioſa acumina faſtidire. Cauſam nauſeæ & faſtidii quæris? Illa unica, illa Baſilica eſt. Quia Sacriſtiam, quia Biblia olent. Imo ſi verum dicere liberet; quia obſcœnitatibus intactis, honeſtiſſima tractant: quia inter Muſas, Venerem numerare nolunt: quia nihil è Cypro Paphoque petitum, propinant. Hæc prope ſola ratio eſt, cur Oüeni, Heinſii, Doüſæ, Buchanani aliorumque turpitudines, omnium manus impleant & animos. Hinc illi præcipuam ingenii laudem meruerunt. Myrto meretriciâ, non caſtâ Lauro coronandi; & ideo ſolùm pulchri, quia tot in eis Veneres. Has ex illorum libris tolle; omnes gratias expunxiſti.

Quid

Quid dicam ? Si teſte Platone, (*a*) *Probos etiam viros, laſcivus Poëta poſsit corrumpere.* Cogita, quid de teneris Adoleſcentum animis ſentiendum eſt. Heu ? quoties cereis hiſce corculis, obſcænitates illæ, molliter etiam preſſæ, imprimuntur ? (*b*) Vixiſſent utinam magna terrarum Nomina ? Numæ, Auguſti, Philippi; qui Laſcivorum Poëtarum carmina, non aliâ, quam vindicis Vulcani luce digna, cum ipſiſmet auctoribus pyræ inijciebant. Ut alios taceam, Philippus Imperator. (*c*) *teſte Baronio* anno 244. *Lege editâ, Poëtas, qui juvenum animos turpitudine inficerent, ex albo bonarum artium expunxit:* & ſanxit: *Ne Poëtæ ejuſmodi ullâ immunitatis prærogativâ juvarentur.*

Nec miror in Chriſtiano Principe tantum literariæ honeſtatis amorem. Admirabilior ea in Auguſto fuit; qui (*d*) infelicem fœdi amoris Magiſtrum, non alia de cauſa, in exilium Ponticum demandavit, niſi quod Romanorum adoleſcentum aures, Poëticis laſciviis infeſtaſſet. Non aliis Naſo pedibus, Româ exceſſit, & in Ponticas ſolitudines deportatus eſt. Quo inquies profectu ? ſanè non pœnitendo. Didicit callidus ille, inter frigidas nives calere minus. Ponticis frigoribus eruditus, tandem reſipuit.

Ipſum audi. (*e*)

Multa quidem ſcripſi: ſed quæ vitioſa putavi,
Emendaturis ignibus ipſe dedi.

Nempe illatum pudicis mentibus ſacrilegium, jure meritiſſimo, ad fatalem rogum debuit condemnari;

(*a*) *Plat. Ser.* 7. *apud Max. Syr.* (*b*) *Sueton Plutarc.* (*c*) *Baron. in Ann. Eccl. A. D.* 244. (*d*) *Aurel. Victor.* (*e*) *lib.* 3. *de Pont. Eleg.* 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Neque eſt cur tibi blandiaris, ô quiſquis es? Næ tu faſtuosè nimium deliras, ſi illæſis manibus ignem tractare te poſſe jactaveris Fuit hæc olim prærogativa, in Vulcanum Virginitati conceſſa; ſed non in cupidinem.

Rides iſta? è Toga ſcilicet ſanctiore; à religioſo calamo

Tuum ergo tibi iterum profero Naſonem,

Eloquar invitus, teneros ne tange Poëtas,
Submoveo dotes impius ipſe meas.
Callimachum fugito: non eſt inimicus Amori,
Et cum Callimacho, tu quoque Coë noces.
Carmina quis potuit tutò legiſſe Tibulli?

Quæ porro hujus Palinodiæ cauſa? Cur ô bone eodem calamo, quo Callimachum, Tibullumque, è manibus literatorum excutis, tua quoque carmina cogeris excutere? Nimirum

——— *Laſcivaque pagina multos:*
Efficit inceſtos in Veneremque trahit.

Utinam hæc non in libris modo, ſed etiam in ipſis Laſcivorum Poëtarum frontibus, hodie imprimantur! Et vibrantur quidem è Romana arce, ſacra fulmina, in obſcænos iſtos Scriptores, eorumque Lectores: ſed hoc ipſum pleriſque prohibita legendi illecebra eſt. Fatetur hoc, conſcia Oveni pagina, cum *panno veteri lacinam aſſuens novam*, ita canit (*a*)

Nitimur in vetitum ſemper cupimuſque negata, &c.
Sic vetitus pulcher creditur eſſe liber.

(*a*) *Lib.* 3. *Epig.* 69.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

ullibi uſpiam , hic ille de Epigrammatibus
s vatem egit. Hoc igitur votum , hic ſcopus
hi eſt , Lector honeſtatis amice. Peſtes ejuſ-
di ex inſidiis veluti aſſultare decrevi ; & ſi
n omnem , aliquem ſaltem earum guſtum ju-
are. Ea ipſa quam libello præfixi facies , to-
s opellæ intentum , penicillo exhibet. Ex al-
o Parnaſſi colle , fœdum Cupidinem , ſacer
ollo præcipitat ; ſi non telis , (hoc eſt tot
ot tibi offero Epigrammatis) quæ obtuſa ni-
um fateor ; ſaltem votis. Diſcat monſtrum
ud , ex editiore clivo excuſſum , per terram
pere : diſcat in cœno ſuo , ſub literati montis
le volutari. In eundem , parvum quidem mole,
t nequitia ingentem , cæloque nimium Gi-
ntem , tot è Sacratiſſimo Nomine JESU vi-
ntur fulmina , quot ſparguntur radii. His ſal-
n è rupe Parnaſſia præcipitetur infamis Terræ
us.

in minus , quod feſtivo hoc apparatu intendo
quar ; fortaſſe tamen plurium ſagittas , ob-
â aliàs Acroamatum meorum cote , in Mon-
um hoc acuam : pluribus ad idem audendum
mos faciam. Illi non dubito , felicioris inge-
Fortunâ , conatum meum promovebunt. Nec
, ô quis quis ex eorum numero es , ſubſequi
eat , aut eſſe in hac arena ſecundum. Zy-
a , ſterilis ille numerus , omnes numeros
cedit. Phœbus Auroram ſubſequitur. Rudi
nè carbone , futuræ imaginis lineas duxi : tu
quiſitis coloribus , ruditatem anima : & quæ
multa ea futura non dubito) in me deſidera-
is , aut improbaveris , ea tuo ipſe exemplo
rige. Leges hic ex Martiali , Oveno , aliiſ-
ejuſmodi , aliqua ad ſenſum caſtitatis revo-
a ; ut idem felicius ipſe facias ; & quod olim
iebat ille , *gemmas è ſtercore eruere* condiſcas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Præſtiterunt idem alii ante me: præſtitit inter alienos, feliciſſimè Sarbievius: qui pleraſque Horatii, Ovidii, Claudiani fæditates, ingenioſa puritate nobilitavit.

Reſtat adhuc unum quod Lectorem meum candide moneam. Illud nimirum, ut ſtili ſublimitatem ac elegantiam, imo & ſubtiliores graviorum acuminum apices, in paginis hiſce ne quærat. Moderatâ, imò nullâ hic quandoque gradior pompâ Leviorum enim Phraſium cincinni, in Epigrammatibus Laconicis, locum non habent Qui floſculos ejuſmodi venatur, hortos Epicorum & Elegiaſtarum adeat. Hic plures acule quam roſæ: plures lepores, quam flores. Mult in palibus, non aliter ſapiunt, niſi Styli negligentiâ commendentur, & veluti negligenti ma nu ſcripta putentur.

Adde, quod hîc cum Tyronibus mihi quando que balbutiendum fuit. Cum illis repere, ſum ma proceritas; cum illis deſipere, prima, ſoll citi Profeſſoris, ſapientia eſt. Nequaquam ſup arduum Parnaſſi culmen aſſurgent: niſi eos tu humilitate erexeris; ac eò uſque calamum d miſeris: ut ipſum te æquari, imo ſuperari poſſ juveniliter præſumant Audiſti cum infantib fractâ voce luctari nutrices? Vidiſti, vetulas cu pullis ſuis pippire volucres? Aquilas, aut Fa cones ſpectaſti aliquando, circa nidorum ſu rum cunabula, humiles conari volatus? Ide tibi omnino faciendum, ſi cordatus Magiſ es.

Deindè quis in materia leviori, major ſtyli gravitatem requirat? Si robuſtiorem cult &emque Poëſim deſideras? ad mea te Lyrica mitto. Ibi (Si Dis placet) videbis, me ad iſt Styli mediocritatem, non temere, ſed conſu delatum. Eſt quædam diligens negligentia, incuria, curioſitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Quid? quod pluribus iſta ſcripta ſint, quam
ibus intima Muſarum Sacraria permiſſa. Au-
is etiam; & illis, qui ingeniis ſuis freti,
imo literarum cortice deguſtato, ad intimio-
m medullam non penetrarunt. Apud hos, Li-
rariæ honeſtatis hoſtes perſequor. Ipſa ſtyli fa-
litate ac brevitate, exilem libellum, occu-
tis eorum manibus ingerere cupio: eaque etiam
portunè, obtrudere, quæ extra pudoris ac ho-
eſtatis periculum, & innocentiæ vulnera, otioſi
itò legant, rideant, jocentur; & curas gravio-
es feſtivitate hâc relevent; nec ſe ad Sacriſtiam
rahi injurioſè quærantur.

Sed jam tandem *manum de Tabula*. Quorſum,
quies, tam exili opellæ; tantum Prooëmium?
revius illud facies, ſi non legeris. Quod ſi,
ec dum, litem mihi remiſiſti: ignoſce juſto
mori. Ne ipſa hodie Biblia Sacra, in publicum
rodeunt ſine *Prologo Galeato*.

Vale mi, optime Lector, & meum erga Li-
erariam Honeſtatem, animum, boni conſule.
i breviorem pro Epigrammatibus meis Præfa-
ionem deſideras, en eam tibi ex Epigramma-
iſtarum Principe.

Ad Avitum.

SUnt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt
 mala plura,
Quæ legis hic: aliter non fit AVITE liber.

Mart. lib. 1. Epig. 66.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

TRiginta toto mala ſunt Epigrammata libro,
Si totidem bona ſunt, LASSE, bonus liber eſt.

Martial. lib. 7. Epig. 66.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

ALBERTI INES
E SOCIETATE JESU,
ACROAMATUM EPIGRAMMATICORUM
LIBER PRIMUS.

1 *Ad Clitum Divitem.*

OMnia, pauperibus ſpondes, poſt fata daturum,
Te quoties terrent Aeacus, atque Charon
Inde preces multæ; inde inopis ſuffragia vulgi.
Si non deliras, ſcis, CLITE, quid voveant.

Ad Fauſtum Archipoëtam.

2 *De ejus jocis & ſalibus*

CRebra jocis miſces alieni pocula vini.
Hinc te ſalſum, illos dicimus eſſe Sales.

Aſtronomica Obſervatio.

3 *De Catholicorum Quadrageſima & Paſchate, ad Aulum Hæreticum.*

QUam benè Catholicis, concordant Sidera Faſtis;
Noſtraque cœlitibus conſonant, AULE, Fides.
Cæleſtes, nobis ſacrant jejunia, Piſces,
Auſpicium noſtri Paſchatis, Agnus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

4 *De Alano Muſico.*

ALtâ voce canit, quando promittit ALANUS,
Baſſâ quando negat, quando dat, Angelicâ.

Improportionatus Homo.

5 *In Nanum Superbum.*

INgentes animos exili corpore claudis.
Pygmeo miſtus diceris eſſe Gigas.

6 *Ad Anomianum Philoſophum.*

ALter Ariſtoteles, noſtro jactaris ab ævo,
Illius Eurippos, Anomiane, cave.

7 *Ad Blondum Contentioſum.*

OMnia Blonde negas, quidquid nos dicimus eſſe.
Dicimus ergò nihil; hoc quoque Blonde, nega.

8 *In Ioannem Vernicium, qui occiput calvum,*
Sincipitis crinibus abſcondebat.

OCcipitis calui, ſterilem tibi, Vernice, campum,
Sinciput, & frontis deflua ſeta tegit.
Sed quoties vento redeunt agitante capilli,
Candicat evulſis, occiput abſque comis:
Hinc aliquem, Caluo, Crinitum, adſtare putamus;
Teque unum, toties, credimus, eſſe duos.
Vernice, vis tandem ſimplex, unuſque videri,
Compar occipiti ſinciput eſſe jube.

9 *In eundem.*

FRonte capillata à tergo eſt occaſio calua.
Illius vivum, Vernice, ſymbolon, es.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De Lutheranis eorumque fide.

10 *Ad Lucium Andreum.*

EXtenuant, variant, tendunt, tenſamque remittunt.
Explorant toties: aure, manuque Fidem.
Non ego, Lutheri pullos, non dico fideles.
Appropriatè illis dicitur, Andre, Fides.

11 *In Fauſtinum.*

BArba tibi cana eſt, nigri, Fauſtine, capilli;
Hinc & barba ſenex eſt, juvenile caput.

12 *In Paetum.*

MAgnum te jactas, magnus vis, Pæte, vocari.
Es fateor magnus, ſcilicet, Ardelio.

13 *In Caput ingens.*

SÆpè Jovem, mirâre, ſuo genuiſſe cerebro
Pallada; & afflictum parturiiſſe caput.
Cum tibi tam prægnans caput eſt, vaſtumque cerebrum.
Hinc credo naſci bina Minerva poteſt.

14 *De Aulo, ad Corbinianum.*

QUo Græci caſu caruerunt, non caret, Aulus.
Nempe Dativo Aulus, Corbiniane caret.

15 *De Rufino.*

E Bello rediens Rufinus, fallimur; inquit,
Heu! bellum, belli nil niſi, nomen habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

16 *Ad Hieronymum Landium. De amico calculi dolore ſublato.*

FRuſtra conquereris, caro viduatus amico:
Durior ipſe ſibi, quàm Rhadamantus erat.
Illius infeream commovit Calculus urnam,
Heu! quamvis fuerat candidus, ater erat.

17 *In Bellidum Poëtam.*

VIna tibi faciunt fœcundam, Bellide, venam,
Ebrius indè, minus ſobria metra facis.

18 *Ad Tuſcum Cachinnatorem, quarto modo proprium.*

ESt ridere hominis proprium; at proprium eſt quodque ſtulti;
Ut ſacra Jeſſei pagina vatis ait.
Tu nimium ridens primum te, Tuſce, fateris;
At ne poſterius te fateare, cave.

19 *Ad Belandum, de Marino.*

FRuſtra indignaris ſtulto, Belande, Marino,
Non eſſes doctus, ni foret ille rudis.

20 *De Surio.*

UNa ſibi pulchrum corrupit littera nomen,
Nam qui ſe Surium nominat, eſt Spurius.

Cenſuria Polionis Muſici.

21 *Ad Lucium Andrum.*

EGregius totâ celebratur Muſicus urbe,
Cur inquis, Polio, diſplicet, Andre, mihi?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nempè ſuam fœdat verbis mendacibus artem,
Dum toties menti diſſonat, ipſe ſuæ.

22 *Apologia pro Cleptico Claudo.*

FRuſtra te claudum, noſtri ſcripſere Poëtæ:
Falluntur, non es, Cleptice, quando ſedes.

23 *De Anace & Clitone.*

ET genus & formam, Regina pecunia donat:
Hinc formoſus Anax, hinc Clito nobilis eſt.

24 *De Anemone.*

BEllus Arithmeticus, bellus diviſor, Anemo.
Nam linquit toties in Quotiente, nihil.

25 *De Rufo Epulone.*

SÆpè mihi Rufus ſapientia fercula laudat:
Sæpè, mihi, ſapiens cæna paratur, ait.
O Caput inſipiens, ſapidæ mala bellua Menſæ.
Plus ſapiunt, quam tu, fercula, Rufe, tua.

26 *Ad Victorem Aulum ignavum.*

TAm bene Victoris generoſo nomine gaudes,
Quam bene palma tibi dicitur AULE, manus.

27 *Ad Franciſcum Rinaldum, Hominem beneficentiſſimum.*

TRes tantummodò Gratias recenſet
Mendaciſſimus ille, fictor ille.
Dignus carmine, quod canit ſileri,
Iraſcor quoties, RINALDE, verſo,
Veſtræ munera liberalitatis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Ac illum Furiis ſacro trecentis.
Tres tantummodò Gratias recenſet ;
Cum centum tibi gratias litare,
Et centum meritas referre grates,
Noſtræ carmina debeant Camœnæ.

28 *Ad Momum pro ſuis Epigrammatis.*

NOn ſunt, crude, mei, quos carpis Mome libelli
Non mihi, Lectori, parce proinde meo.

29 *Ad Priſcum Poëtam inopem.*

PAuper es, heu paucos ditarunt, Priſce, Poëtas.
Nam pedibus conſtant carmina, non manibus.

30 *Mercatorum illuſio.*

O SPES FALLACES! Pelago ne crede viator;
Per medias ſyrtes naufraga puppis erit.
Orbe ſub adverſo quis mille pericula tentet,
Cùm Mors in patriam ſpem reditumque negat?
Nec Portum aſpexiſſe ſatis, ſi Scylla carinam
Frangat. Avarus opes quæſiit, unda vorat.

31 *Ad Iuſtinianum Narnicum, De libri cujuſdam Cenſura.*

QUi laudat cunctos, qui damnat, Narnice: nullum,
Non eſt hic liber, Juſtiniane liber.

In Romulum Fratricidam.

32 *Unde Sævities orta.*

NOn ego te miror mores hauſiſſe lupinos:
Si lupa ſit nutrix, cui lupa mater erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nam ſi Matriſſant nati, natæque Patriſſant;
Nutrix & Mater te facit eſſe, lupum.

33 *De Medicis, ex Græco.*

HOc faciunt Medici, quod fecerat ille Poëta.
Qui gemmas ait, è ſtercore colligimus.

34 *Ad Amicum Poëtam Anthitethon.*

TRiſtia, Læte, canens, triſtes ſolaris amicos.
Nam bene qui cantat triſtia, læta facit.

Pulvis & Umbra ſumus.

35 *De Volano cæco.*

ORbatus gemino tenebroſæ Caſtore frontis,
An non tu merito diceris; umbra ſumus?

36 *Ad Mennium Zeloſum Eccleſiaſten.*

O Quam te Sanctum poſſemus dicere, MENNI?
Si foret ars eadem dicere, quæ facere.

37 *Ad Ponticum Poëtam.*

TE quoties viſo, recitas mihi carmina mille,
Carmina culta quidem, Pontice, multa tamen.
Sic pedibus laſſis oculi, laſſantur & aures,
Ad te, da veniam, Pontice, non veniam.

38 *De Drance, ad Aulum.*

PRæſentis Drances ignorat temporis uſum;
Do nunquam dicit, ſemper àt, Aule, dabo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

39 *Ad Condilum.*

POta tibi toties medicati vina Liæi ;
Pota, Epidaureis, unda recocta, focis.
Nec tamen uſque vales: valeas ut Condile tandem
Sola tibi reſtat lympha bibenda ſtygis.

40 *Ad Nervinianum.*

SÆpe mihi, clauſo, veniunt Epigrammata, libro:
Nempè minus ſcribi, Nerviniane, timent.

Ad Aulum imberbem.

41 *De Podio caluo ex alieno capillato.*

CAluitiem capitis, paupertatemque comarum,
Emptis diſſimulat, Podius, Aule, comis.
O ſi tanta tui fierent compendia menti,
Queîs tua non hircis æmula barba foret?

42 *In Brennum jactabundum Poëtam.*

TE vatem jactas, & nos te credimus eſſe.
Quod vates faciunt, tu quoque Brenne, furis.

43 *Ad Volanum Pertinacem.*

CUm tibi tam durum caput eſt, durumque cerebrum,
Sæpè negas Homines Deucalione ſatos.
Sæpè ais, è ſaxis homines non eſſe creatos:
Ah! ſaltem capiti crede, Volane, tuo.

44 *In Rufum.*

ET caput, & mentum flavo tibi non caret auro.
Auro ſola tibi, RUFE, crumena caret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Cæteris paribus.

De Planco.

NOn eſt laus magni capitis, quòd diceris eſſe:
Eſſet, PLANCE, forent cætera ſi paria.

6 *Ad Priſcum Macronianum, Claudum.*

NOn te Pentametrum non poſſum dicere, quare?
Curris inæquali, Macroniane, pede.
Hinc & ſucciduo cæſuras calce frequentas,
Hinc labat in plano deflua planta ſolo
Hæc dum canto, furis; pedibuſque iraſceris ipſis.
Et toties vetulas, conſulis, ac medicos.
Non opus eſt medico, Lictorem conſule Priſce,
Alter utrum tendat, vel ſecet ille pedem.

7 *Ad Belandum edentulum, Commiſeratio.*

ROdis in offenſam, conductis dentibus offam,
Ah! ſaltem pretio, parce, Belande, tuo.

8 *Ad Amicum immaturo fato moriturum, Conſolatio.*

NOn eſt cur metuas, juvenilis ſpicula mortis,
Si quod fata negant, dent tua facta, tibi.
Nec matura minus lacrymas tibi concitet ætas.
Ille diu vixit, qui benè vixit; abi.

9 *Ad Serum convivam, Excuſatio.*

SEra Palatinis conjungis, prandia, cænis;
Hinc malo cænas, prandia nolo tua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

50 *Ad Poëtam.*

NOn jacet in molli veneranda ſcientia lecto,
Tu tamen in lecto carmina mille facis.
Hinc tibi nocturnæ veniunt ad carmina Lunæ,
Et pro fulgenti pallida Fratre ſoror.
Sic pro ſublimi Parnaſſo lectus habetur,
Pro Phæbo Morpheus, pro ratione ſopor.

51 *Ad Clitum obtrectatorem.*

ME ſimis, Clite, verſibus laceſſis,
Naſutum, Clite, non ſapis Poëtam.

52 *In Varrum Bibonem.*

DUm tam multa bibis, vacuas dum pocula mille,
Credo Horoſcopus eſt Amphora, Varre, tibi.

53 *Ad Blancum de Badenis.*

NIl mihi cum Thermis, thermas mihi Blanc Caminus,
Badenaſque mihi quælibet unda facit.

54 *In Teutricum.*

TEutrice ſtultus homo es; non poſſum dicere quare.
Hoc tantum poſſum dicere, ſtultus homo es.

Multarum ſectarum homo.

55 *Ad Anemonem de Batico.*

CAlvini toties, toties documenta Lutheri
Approbat & Zuinglus, quidquid & Huſſus ait.

Nu

unc quod Sacrilegi calamus blaſphemat Arii,
Nunc quod Picardus, Mennaque dogma tenet,
uovis menſe Fides dubio mutatur, Anemo.
Vis dicam quid ſit Bæticus, eſt Fidicen.

Fides ſine bonis operibus mortua.

6 *Ad Clitum.*

ME miſerum! quamvis credas; mihi ſed, Clite, nil das,
Crede mihi non eſt hæc, Clite, viva Fides.

7 *Ad Plancum Amuſum.*

NIl tibi Plance ſapit: non culti pagina Flacci,
Non ſapit Arpinas, non ſapit ipſe Maro.
Carmina non ſapiunt, nec quiſquam è mille Poëtis
Sola tibi ſapiunt fercula, Plance; Sapis.

8 *Ad Calvum.*

NOn tibi ſit probro glabræ Calvaria frontis,
Hoc vereare; glabrum, ne ſit & ingenium.

9 *Ad Iulium Cornerium Poëtam.*

VIno Hyppocrenem, Cyrrhæaque flumina ſupples.
Jam ſcio carmina me cur meliora facis.

60 *De Amore & Furore.*

PErpetuò amentes, miſeri torquentur amantes:
Et nihil à nimio diſtat Amore, Furor.
Orbus uterque oculis, proprio ſe funerat igni;
Admotaſque ſibi ſentit uterque; faces.
Aptet utrique oculos Ratio, cæcoſque gubernet:
Sic oculatus Amor, ſic Furor, Argus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

61 *Ad Coſmicum, de Batto bibone.*

VItibus aſſuetus, vitiis quoque Battus, abundat:
Sic potæ vites, Coſmice, dant vitia.

62 *Ad Benedictum Pulchrum nomine non re.*

INfamas proprio Sacrum cognomine nomen,
Et Bene te dictum plurima turba negat.
Nam tibi diſtorto proclivis naſus ab ore,
Infamemque ſtriat devia ruga cutem
Tantum te poterit Benedictum dicere Pulchrum,
Cui natura oculos abſtulit atque caput.

63 *Ad Hornum. De Spectabili & Venerabili Attalo.*

ESt Spectabilis & Venerabilis, Attalus, Horne
Hinc duplicis tituli, duplice bile tumet.

64 *Ad Poëtam impudentem.*

FÆda tibi exuſſit Vulcanus carmina: luce,
Scilicet haud aliâ digna fuêre magis.
O ſi cum domino flammâ correptus eâdem
Arſiſſet! poterat fauſtior eſſe liber.

65 *Secretum Politicum.*

QUiſquis honoratos ſceptri mercaris Amores
Ne timeare, time; ne caveare, cave.

66 *Aliud, Strategicum.*

SI tibi ſunt animo pretioſi Martis Honores,
Ne fugias, fugias; nevè fugere, fuge.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

67 *Ad Baſſulum*

MIrabar dici dentatam, Baſſule, linguam
Jam modò non miror; cur? tua lingua facit.

68 *Ad Amicum de Ollo edentulo.*

MOrdacem, evulſis, linguam, pro dentibus, Ollum
Dicis habere: fidem do tibi: jam didici.

Ad Marcum Maximilianum.

69 *Hominem Munificentiſſimum.*

QUam bene cognati menſuram nominis imples,
Dum crebrum munus, dat tua, Marce, manus.
Sic quod pendis habes; & quod largiris amico;
Ipſe tuâ retines, Maximiliane, manu.

70 *In quendam Italum obſtinatum.*

IMmeritò teſtæ, capiti das, Itale, nomen.
Non eſt Teſta tuum, ſed mala Petra, caput.

Caput Bonæ Spei.

71 *In Tarandam.*

QUicquid beatum, quidquid æquatum Diis
Naſonianæ pollicentur fabulæ
Sublime quidquid, ſplendidumque ditior
Fortuna ſpondet; purpuram, faſces, mitras;
Et quidquid olim garrulæ vovent anus;
Taranda noſter ſperat: ac immanibus
Laſſata votis Numina, in preces vocans,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nulli Tarandam non parem jactat ſpei.
Fruſtra Charybdes navigemus Indicas,
Et Mexicani brevia Promontorii.
Præbet Taranda, ſat *Bonæ ſpei* caput.

72 *De Romuliano Naſuto.*

ORtum te dicet priſca de gente Naſonum,
Qui cernet naſum, Romuliane, tuum.

73 *De Ortulo indocto, ad Amicum.*

CRedo, quod nullus foliis tot ſtipes abundet,
In foliis ſcriptis, quod ſua ciſta libris;
Eſt tamen, eſt ſtipes, truncus tamen, Ortulus audit,
Eſt truncus, foliis non tamen ille caret.

74 *Ad quendam non datis promiſſis liberalem.*

DAs mihi promiſſis, promiſſa ingentia metris
Parva mea eſt, fateor, gratia, nulla tua.

De Juſtiniano Poſthumo.

75 *Immaturè mortuo.*

NEſtoreo dignus ſenio; Piliique ſenectæ:
Ante tuam raperis, Juſtiniane, diem.
Viderat, & mota juſtiſſimus Aëacus urnâ
Juſſit ſubtractos, reddere Fata dies:
Sic tibi nent rurſus redeuntia ſtamina Parcæ,
Sic tua, Poſthume, poſt funera, vivis adhuc.

76 *Ad Ignatium Valentem.*

DUm toties medicos, toties dum pharmaca poſcis;
Nonne per antiphraſin diceris, eſſe Valens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

77 *Ad eundem.*

NOmine neſcio quo poſſim te dicere : quare ?
Decumbis toties æger, anonymus es.

Jacobi baculus, Inſtrumentum Mathematicum.

78 *De non Mathematico Olli Domino.*

JAcobi baculo toties dum vapulat, Ollus,
Non eſt menſuræ neſcius, ipſe ſuæ.

79 *Ad Dominicum Candidum.*

AUctorem *Imperfecti operis*, ſi Candide, laudas;
Non potero laudes, non meruiſſe tuas.

80 *De quodam malæ uxoris marito.*

NUbendo, infauſtum traxiſti à nubibus omen:
Indè tibi toties grandinat, indè tonat.

81 *In Momum.*

DEnte Lycambeo rodens mea ſcripta ; poliri
Aſpera quod ſoleat pagina, dente, ſciat.
Sic fruſtra es lacerans aliena volumina, Mome,
Dentibus hæc fient lucidiora tuis.

82 *In Aldum Muſicum Maledicum.*

VOce canis, mordeſque ſimul ; ſic duplice ſenſu,
Verbum unum de te dicitur, Alde, canis.

83 *Ad quendam.*

PLus nimio craſſam, nutris pinguemque; Minervam :
Hinc es mentis inops, ingeniique macer.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

84 *De Baucide Cauſidico.*

ORator dici mavult quam Baucis, Arator.
Annûi proventus plus ſua lingua facit.

85 *De Pardulo Critico.*

NUllus non Criticus, tibi Pardule, voluitur
Annus
Supremam tandem, Pardule, ſolve Criſim.

86 *Ad Ioannem Bravum.*

MUlta tibi denſas conſtipant horrea fruges:
Quis te Frugi hominem, Brave, negare
poteſt.

87 *De diſcordiis Maritalibus.*

CUr tam crebra movent diſcordes bella mariti:
In cœlo Marti, nempè propinqua Venus.

88 *Ad Linum bibonem.*

VIta tibi ſit longa cupis, Line? pocula vita
Si bibere eſt animus plurima; pauca bibe.

De Nomiliano.

89 *Omnes peregrinamur à Domino, & Homo Viator.*

DUm toties Gallos, Romanos viſit & Anglos,
Et quidquid Ligeris, Rhenus, & Alba lavat,
Nemo peregrinus dicetur, nemo Viator
Verius: hinc tantum eſt, Nomilianus, homo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

90 *In Lætum Hæreticum.*

LÆtum te dici ſcis quæ ſit, Læte, figura
Nam quod te monſtrum triſtius, Orcus habet?

Novum Magni capitis vocabulum.

91 *Ad Fuſcum*

QUod gravat ingenti depreſſum pondere collum
Non eſt, Fuſce, caput, ſed Capitolium.

92 *Ad Clitum barbarum imberbem.*

UNus apex obſtat barbatus ne, Clite, fias.
Nam pro barbato jam male barbarus es.

Apologia pro pinguibus.

93 *Ad Longinianum.*

LAudatur pinguis vitulus, laudatur & anſer.
Solus homo placeat, Longiniane, macer?

94 *Ad Aranum, de Marino Adulatore.*

BLandus adulator, ſubtilis palpo, Marinus,
Auribus aſſiduos nectit, Arane, dolos.
Auribus ille lupum tenuiſſet, & auribus Hydram.
Hinc illum meritò dicimus, *aurificem.*

95 *In Laelapum Omnia promittentem, præſtantem nihil.*

PRomittis toties, nunquam promiſſa daturus.
Ut tibi, vis, credam? pollicêare nihil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

96 *Ad Blandum.*

MAjorum comites, Comites ſi dicimus eſſe
Non tu Blande Comes diceris, & tamen
es.

97 *Ad Ponticum Calvum.*

PErpetuam frontem deplumi vertice præfers,
Non tu fronte cares, Pontice, ſed capite.

98 *In Iuriſperitum Decoctorem.*

OMnia decoxit, Legum Juriſque peritus
Vix modico coctum jure, legumen habet
Sæpè focos viſit, fumantes ſæpè culinas.
Poſt Decoctorem fors cupit eſſe cocus.

99 *Ad Haunum de Nortmaniano.*

NUtibus alloquitur, reſpondet Nutibus
Haune
In manibus linguam, Nortmanianus, habe

100 *De Sarpedone ad Amicum.*

SÆpè ſalutatum, dites accedit amicos.
Vis dicam quis ſit Sarpedon? eſt medicu

101 *In Laſcivos Poëtas.*

IMpia, Laſcivos protrudunt, ſæcula vates!
Nullus non aliam Daphnida, Phæbus ama
Heû pro Virginibus, pellex eſt Thracia, Muſis.
Bacchus agit Phæbum, Calliopenque Venu
Caſta juvant Muſas, caſtis date caſta Poëtæ:
Reddite Caſtaliis nomen & omen aquis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

102 *Ad Baucum Superbum.*

BAuce tuam mentem, ſublimem dicere montem,
Debeo. Cur? Socios deſpicis inde tuos.

103 *Ad Carolum Granum.*

A Nobis miſſam, contemnis, Grane, ſalutem.
Non tibi, Grane, placet ſicca, ſed uda ſalus.

104 *De Batto Graſſatore.*

BAtte diu ſtertis, poſt laſſæ inſomnia noctis.
Non es tu noſtras, Batte, ſed Antipoda.

Ad Ambroſium Angelum.

105 *Vir ſui nominis.*

ET ſi neſcirem, iſto te cognomine dici,
Illud ſpontè tibi, pagina noſtra daret.
Exprimis Angelico Sacrum cognomen in ore:
Angelus à nobis diceris, Angelus es.

106 *De Divite Parco.*

ESt pluralis amans, numeri, eſt Oſor ſpecialis,
Cogere nam ſcit opes, ſed dare neſcit opem.

107 *In Plancum Calviniſtam, qui Catholicam uxorem Hæreticam fecit.*

ILlò crude tuam duxiſti, Plance, maritam,
Orpheus Eurydicen, duxerat unde ſuam.
Traxit utramque Fides: Fidicen, ſed peſſimus ipſe es;
Namque tua, infernum duxit ad uſque, fides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

108 *De Prino.*

PRomiſſi Prino crines, promiſſaque barba;
Ergo forſan adhuc, Prinus utroque caret.

109 *Ad Ponticum, de Bulbone decoctore.*

UNâ Gambletes uxorem noƈte voravit.
Non credit, ſed idem, Pontice, Bulbo, facit.

110 *De Gitone, Inepto Latinitatis depravatore.*

QUando fame premeris, famoſum te, Gito, dicis.
Infamis meritò diceris ergo Satur.

111 *In Baucum.*

BAuce ſapis, dum te modicum ſapere ipſ fateris.
Sic jam ſcis aliquid, Bauce, ſciendo nihil.

112 *De Milone edentulo, Ad Lycam Dentatum.*

NUnquam dolorem dentium patitur Milo.
Huic te vovebo, ſi placet, Sorti, Lyca

113 *Ad Rufinum de Gazone.*

DUm peto, Gazo tacet; poterit Rufin negare.
Hoc quoque non parvi muneris inſtar, erit.
Nam cum ſollicitè toties ſua dona repoſcit;
Totum pænè domi, quod negat ille, habeo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De Thoma Moro, Angliæ Cancellario.

Acturam veterum faciens, Britannia, Morum
Debuit inſontem contumulare Morum.

Janus Bifrons.

In Feſtum, Occiput calvum habentem.

QUis te non poſſit Bifrontem dicere Janum?
A tergo frons eſt altera. Feſte, tibi.

Taurus Phalaridis.

Ad Macrobianum Satyricum.

INdignaris, odis, ſuccenſes, corripis, urges.
Te voveo libris, Macrobiane, tuis.

Ad Britonem.

NOn incedere, ſed cupis volare.
Da te, præcipitem, Brito, volabis.

Ad Marcum Antipam, Marchionis Columnæ clientem.

NOn tibi, Marce, domo timor eſt habitare labanti;
Quando tuam fulcit viva Columna domum.

Ad Priſcum, de ſuis Carminibus.

NObilitas noſtros dum carpis, Priſce, corymbos.
[...]enteque roſa tuo, ſunt mea metra, roſa.

120 *Ad Ponticum Calvum.*

AUguſtæ es frontis : nec juſtè diceris effron
Quantumcumque , tibi , Pontice , cap
eſt.

121 *Ad Virginem Beatiſſimam.*

SI mihi Virgo faves , ſi vatis vota ſecunda
Gratia non faveat de tribus ulla mihi.

122 *De Ollo Mendace.*

NOn nos Hæretici , quoties diſcredimus Ol
Catholicam potius non habet ille fidem

123 *Ad Robertum Bavillum.*

RAra placent paſſim , laudantur rara , Bavil
Cur tua laudatur , barba placetque min

124 *Ad Aranum , De Myrone milite.*

DUm fugit ex acie , fruſtra culpatur , Ara
Parthorum pugnat more , modo
Myron.

125 *Ad Laudatorem.*

NOn volo te totum , quis nobis dſceris, a
Sæpè es laudator , ſis aliquando , da

126 *Ad Candidum Lectorem. Pro ſuis Carminibus.*

SUnt inocentes , & verecundi Sales.
Ne Lector illis , Perſicum miſce pip

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Ad Attalum. De iiſdem Exomologeſis.

NEſcio quos pupugi, pupugi tamen, Attale quoſdam:
Indignante animo, qui leget iſta, ſciam.

De Criticis.

IAm Criticos multos, quam paucos ſæcula, Juſtos
Noſtra ferunt. Juſtus, Lipſius, unus erat.

Ad Momum.

SCripſiſſe me nil ſingulare jactitas.
Singula lege, & erunt, Mome, ſingularia.

CLASSIS PRIMA.

DEI MATRI VIRGINI.

Axioma Philoſophicum.

Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe.

Argumentum ad Hominem Deum.

MAter Virgo mea eſt: Deus, inquit, & eſt mea Mater
Ergo Deus, poſt hac tu mihi frater eris.
Frater ero, dixit: dictis ſubdo; ergo neceſſe eſt,
Ut ſim Numen ego, vel Deus ut ſit Homo.
[Ann]uit & æthereum de promens verba per axem,
Matre hac ne caream, ſim Deus, inquit, Homo.

In Beatiſſimam Ieſum lactantem.

UBere Virgo foves, qui mundi dicitur *Uber.*
Ergo noſtri poſt uberis *Vber* eris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

132 *Virgo beatiſſima Roſa & Lilium.*

JUncta Roſis quoties nituerunt Lilia, Virgo;
Orta meo, toties lis pia, corde, fuit.
Lilia Virginei poſcebant Stemmata cordis,
Et Roſa purpurei Stemma pudoris erat.
Si te dico Roſam: candentia Lilia pallent:
Lilia ſi dico te, erubuêre, Roſæ.
Ut tamen hæ rubeant, niteantque animoſius illa;
Te dicam Caſtis, Lilia miſta, Roſis.

Ad Virginem Circumdantem Virum.

133 *Meliora ſunt Ubera tua Vino, &c.*
Ubera tua Botri, &c.

EST tibi Lac Vinum, tua ſunt, Botrus ubera Virgo;
Cur? non infans, ſed Vir tibi Sponſus erat.

VIRGINI DEI MATRI

Abſque Maculâ Originali Conceptæ.

Ob Compreſſum Draconem.

INSCRIPTIO PRIMA.

134 *Hâc itur ad aſtra.*

CUm Sacra Tartareo veſtigia, Virgo, Draconi
Imprimit, & Domino Tartara calce domat.
Ite quibus patrium meus eſt invadere cælum,
Quà vocat, innocuo, ſemita trita, pede.
Ite per obſtantis fatalia membra Draconis;
Ite per oppreſſæ, terga, caputque, ſtygis.
Quà vos Virgineæ ducunt veſtigia plantæ
Hac hac, mortales *itur ad Aſtra* Viâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

INSCRIPTIO SECUNDA.

135 *Contemptu vincitur Hoſtis.*

CUr tua, Virgo, ferum, conculcat planta Draconem?
Cur premit infereæ turpia membra Stygis?
Scilicet innocuis devincere Tartara dextris
Dedignata, tui pondere calce premis.
Quiſquis es, infereo qui conjurata Draconi,
Cœlo conſcriptis Viribus, arma moves.
Cum nova Virginei ſpectas monumenta triumphi,
In nova bellacem prælia ſtringe pedem.
Quam benè Tartareus *contemptu vincitur hoſtis.*
Qui cupis ergo trucem vincere, ſperne ſtyga.

INSCRIPTIO TERTIA.

136 *Fundamenta ejus in montibus.*

FUndamenta tibi ſummis in montibus eſſe,
Narrat Jeſſeo pagina ſcripta ſtylo
Hinc homines inter celſiſſima Virgo vocaris,
Diceris hinc alto celſior eſſe polo,
At cùm Tartareum conculcas, Virgo, Draconem,
Cerbereique anguis colla ſuperba premis;
Hinc etiam poteris celſiſſima Virgo vocari,
Quæ modò per tumidam ſurgis in aſtra ſtygem.

INSCRIPTIO QUARTA.

137 *Quantum pondus habet?*

DUm premis, invicto fatalia Tartara paſſu
Oppreſſumque tuo calce draconta gravas.
Ille gemit, putidumque putri vomit ore cruorem,
Succumbitque tuo, maxima Virgo, pedi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Crediderim Getici depreſſus pondere Pindi,
Staret, & erectis iſſet ad aſtra jubis.
At Sacra tam tumidos reprimunt veſtigia faſtus.
Quam grave Virgineus, pes quoque pondus habet?

INSCRIPTIO QUINTA.

138 *Patent cœli opes.*

QUando venenatum ſtravit Medea draconem,
Phryxeæ rapuit vellera, Jaſon, ovis.
Et per ſopiti gradiens fera tergora monſtri,
Colchorum veteres exſpoliavit opes.
O qui ſiderei vellus ſuſpirat ad Agni,
Agni, cœleſtes, qui pede pulſat agros
Ecce venenatum compreſſit Virgo Draconem,
Cœleſtes avidi diripiamus opes.

INSCRIPTIO SEXTA.

139 *Quidquid calcaverit, id Roſa fiat*

QUod tumido veteres tangebant calce Dynaſtæ,
Debuit in teneras degeneraſſe Roſas.
At cum Tartareum conculcas, Virgo, Draconem,
Cur non in teneram, tranſit & ille, Roſam?
Cur, fera Cerberei ſpirans aconita profundi,
Contritum ſtygio ſuſcitat igne caput?
Si foret ingenuæ tibi quidquam Tartare, frontis,
Feciſſet credo, te pudor ipſe Roſam.

INSCRIPTIO SEPTIMA.

140 *Concluſo, ſerpens vigil accubat, Horto.*

HIc ubi de viridi pendentia poma Smaragdo,
Auro diſpunctas explicuêre comas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Dicitur Heſperidum, pretioſis ſtratus in Hortis,
Pervigil inſomni luce cubare Draco.
Si quoque Concluſus, mea Virgo, diceris Hortus,
Quem fovet ambroſiis, aura poluſque favis.
Hunc tibi Cerbereum reſupinâ mole Draconem
Adſternunt, tituli conſcia fata tui.

HORTUS CONCLUSUS MARIA.

DEI MATER ET VIRGO.

Vernis floridorum Epigrammatum Plauſibus conſitus.

41 *Hortus Concluſus Soror mea Sponſa.*

HIc ubi Nazareas vivax lavat unda plateas;
Virgineoque avidam, rore, maritat humum.
Hortus erat, teneris diffuſus in áëra ramis,
Quem Deus innocua clauſerat ipſe fera.
Illum vernanti cingebat miſta Cupreſſo
Cedrus, & umbriferis Palma beata comis.
Frondea cum Platanis ſtipabant mœnia vites:
Et conſanguineis Balſama miſta Roſis.
Cinnama odoratas nectebant floribus umbras;
Velabatque humiles, mitis Oliva, botros.
Hortus erat *Virgo* : *Virgo* pulcherrimus hortus,
Virgo Cedrus erat, cum Platanoque Roſa.
Nunc illam, canæ, velabat ramus, Olivæ,
Nunc fuit in foliis tecta, Cupreſſe, tuis.
Nunc Terebinthus erat paſſis ſpatioſa capillis,
Nunc decuſſatis frondea Palma comis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Sed ſi forte fidem dubio diſcrimine libras.
En patet, en titulis accinit ipſa ſuis.

142 *Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano.* Eccl. 24.

Plauſus I.

SI bona Sollicitus conſcripſit carmina vates;
Digna perennanti dicimus eſſe *Cedro.*
Ite procul Cedri, *Cedro ſi digna locutus*
Metra ferat: Virgo, tu mihi Cedrus eris

Plauſus II.

NUlla Cedrum caries corrumpit; nulla Mariam
Labes; hinc Cedrus jure vocanda fuit.

Plauſus III.

INſcripta Cedro (fama ſi verax canit)
Æternitatem pollicentur carmina.
Valete Cedri; Cedrus eſt, Virgo, mihi.
Securus illi metra commendo mea.

Plauſus IV.

DIgna legi, Cedris inſcribi verba jubentur,
Verbum Chriſtus erat, Libana Virgo; Cedrus.

143 *Quaſi Cypreſſus in monte Sion.* Eccl 24.

Plauſus V.

QUiſquis funereos Cypariſſum vertit ad uſus
Dignus erat taxo ſqualidiore tegi.
Cum Cypariſſus erit devexi, Virgo, Sionis
Victorum potior dos, Cypariſſus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Vel ſi letales ferri dignaris ad urnas,
O moriar! Virgo, ſic quoque victor ero.

Plauſus VI.

Ex occaſione temporis Quadrageſimalis, in quo tum feſtivitas ab Angelo Salutatæ Virginis inciderat.

CUm tibi pullati ſolvuntur; Chriſte, dolores,
Cupreſſum genitrix ſe canit eſſe tua.
Ergo Sepulchrali poſtquam conderis in urna;
Ne Cupreſſum aliam poſcito, Mater erit.

Plauſus VII.

ITe Croci, Violæ, Myrti, Laurive, Roſæve,
Quorum non avidus nemo Poëta fuit.
Hanc mihi Cupreſſum morituro apponite, vates.
Nam benè nemo poteſt, hac ſine fronde mori.

144 *Quaſi Palma exaltata ſum in Cades.* Eccl. 24.

Plauſus VIII.

HIc ubi ſub viridi fulgent Palmeta ſereno;
Palma verecundis repit ad aſtra comis.
Virgo *Palma* fuit, viridi præluſtris obryzo.
Quam veſtit refluis Sylva beata comis.
O! ſi nunc etiam victorum Palma, coronas
Nectit, vel nunquam vel modò victor ero.

Plauſus IX.

CUm tibi conſtanti faveat victoria paſſu,
Et ſemper victrix vincere Virgo ſoles.
Quidni Palma tibi ſpecioſum nomen inumbret?
Nixa triumphali Palma ſub aſtra tholo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nulla capax necti poterat tibi, Virgo, corona
Ni ſertum ipſa tibi, totaque Palma fores.

Philoſophi de Roſa Votum.

145 *Quaſi Plantatio Roſæ in Hierycho.*
Eccl. 24.

Plauſus X.

CUm te Virgo Roſam Tyrii comitantur odores;
O! mea ſim totus, tum Roſa, naſus ego!
Mox tibi purpurei tinxerunt ora colores;
O! mea, ſim totus tum, Roſa, lumen ego!
Aſt ubi te ſacri *Sertum* junxére Favores;
O mea! ſim totus tunc ego, *Virgo*, caput?
Cinge caput Virgo, libertatemque comarum
Virgineæ, tandem ſtringito lege, Roſæ.
Cinge meum, mea Virgo caput, *caput* eſt mihi *Chriſtus*.
Non poteris non hoc cingere velle caput.

Plauſus XI.

AN non ergo Roſam meritò te, Virgo, canemus,
Cui ſacer innocuas ſtat pudor ante genas?

Plauſus XII.

AN non jure Roſam, mea te Regina, vocemus?
Cui Nati, melior purpura, Sanguis erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

146 *Quaſi Oliva ſpecioſa in Campis.*
Eccl. 24

Plauſus XIII.

IGne maritatam, tandem credemus Olivam,
In Bizantino fæti ficaſſe ſolo:
Cum tibi odoriferum Campeſtris Nomen Oliva,
Virgo det, inque utero ſit Deus ipſe tuo.
Igne maritatam meritò te dicimus eſſe,
Conſumens, olim, nam Deus, *ignis erat.*

Plauſus XIV.

AN non te noſtram, Virgo, dicamus Olivam?
Quæ æternæ nobis nuntia Pacis eras?
Pone fatigatos, humanis cædibus enſes
O Deus! èque tuâ, projice tela, manu.
Cui modo Virgineæ ver conſecramus Olivæ,
Amplius armatam non decet eſſe manum.

Plauſus XV.

ASſurgit doctæ Campeſtris Oliva Minervæ;
Chriſte Minerva mea, hæc ſurgit Oliva,
tibi.

Plauſus XVI.

ADnutat caſtæ, dotalis Oliva Minervæ,
Chriſte Minerva mea: hæc nutat Oliva
tibi.

147 *Quaſi Platanus exaltata ſum juxta aquas in plateis.* Eccl. 24.

Plauſus XVII.

HIc ubi ſe vitreis affantur flumina labris;
Diffuſo Platanus, Sidera, crine ſubit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Ac magè torrentes ramorum frigore ſoles
Temperat & laxis, protegit arva jubis.
An non Virgo mihi Platanus ſpatioſa vocetur,
Iſta mihi Solem mitigat; illa Deum.

Plauſus XVIII.

HAnc quæ Nazaridum murmur deſpectat aquarum,
Et fontis queruli Mobile trudit ebur;
Hanc ego Daphneos, Platanum, ſuper effero ramos,
Daphne ictum cohibet fulminis; iſta Dei.

Plauſus XIX.

XErxes Lydiacæ Platanum coluiſſe Cybelles
Fertur, & æternam pæne ſacraſſe Deam.
Erravit teneræ deceptus imagine formæ,
Erravit fluxæ credulus ille comæ.
Quando ſub *Platani*, *Virgo*, cognomine frondes,
Te potius poſt hac iſte manebit honor.

148 *Quaſi Cinnamomum & Balſamum aromatizans odorem dedi.* Eccl. 24.

Plauſus XX.

NOn ego quæſierim Pancheæ Cinnama Sylvæ,
Dum ſua, Virgineum, Cinnama, nomen, habet.

Plauſus XXI.

NOn eſt cur ſpoliem pretioſæ Pharmaca Sylvæ,
Dum mihi Virgo, meos condiet, ipſa, cibos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Plauſus XXII.

O! ſi quando meæ fætebunt crimina culpæ,
Balſamum es; heu ſordes, Virgo, repelle meas.

Plauſus XXIII.

O! ſi quando mei liveſcent vulnera cordis;
Vulneribus, Virgo, ſis medicina meis.

149 *Quaſi Myrrha electa dedi ſuavitatem odoris.* Eccl. 24.

Plauſus XXIV.

PAndito Virgo mihi lachrymoſi Nubila fumi;
Myrrhinus obſcuret crimina noſtra vapor.

Plauſus XXV.

PAndito Oronthea, nebuloſa volumina, Myrrhæ:
Infenſa Aſſyrius, Numina, placet odor.

150 *Quaſi Terebinthus extendi ramos meos,* Eccl. 24.

Plauſus XXVI.

PAnde triumphales, felix Terebinthe, capillos;
Suggere Stellatis celſa trophæa tholis.
Pande coronatis tentoria florida ramis,
Umbra tua ipſius mox erit, aula Dei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Plauſus XXVII.

SI foret arboribus prior illa cupido creandi
Regis, tu merito Rex Terebinthe fores.

Plauſus XXVIII.

HIc ubi laxatis Terebinthus panditur alis;
Incido nomen, Diva Virago, tuum.
Sic frondente, tuum vivet cum vulnere nomen
Sic creſcente, meus, cortice, creſcet Amor

451 *Ego quaſi Victis fructificavi* Eccl. 24.

Plauſus XXIX.

Ex illo Canticorum. *Meliora ſunt ubera tua vino,&*
Botrus Cypri dilectus.

CAſta cui maduit generoſo mamma Faler
Cui dictus Botri nomine, Sponſus era
Quin Vitis titulum, Virgo, ſibi vendicet?
quam
Iſtius nolim, Sobrius eſſe meri?

Plauſus XXX.

HInc procul illa Cyri Solium quæ vi
inumbrat;
Ipſius Solium Numinis iſta tegit.

Plauſus XXXI.

HUic meritò *Vitæ* nomen debetur & ome
Ex qua *Vite* mihi prodita vita fuit.

APODOS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

APODOSIS.

Flores mei Fructus honoris.

CÆtera quid memorem ? quæ te, mea Virgo, coronant,
Quam Sacer, empyreis Floribus ambit Honor.
rtus es ô Virgo, florum ditiſſimus Hortus,
Cum tua tam multo nomina vere virent
rtus es, in cujus gremio Flos ille reſedit,
Quem viva æterni fudit imago Dei
mpè tui nimio veris ſuccenſus amore,
Horto fertur agros poſtpoſuiſſe ſuos.
Flos jure vocor quin huic, ait, inſerar horto;
Dignior eſt foliis Hortulus iſte meis
xit & antiquos *Flos Campi* deſerit agros,
Virgineamque, Sacro Sanguine pingit humum.
: Deus in Florem, ſic Virgo vernat in Hortum.
I nunc & vernum nomen utrique nega.

CLASSIS ALTERA.

ADALBERTO ARCHIEPISCOPO GNESNENSI, PRUTHENORUM APOSTOLO Poloniæ & Auctoris Patrono, recenſita.

3 *In Roſam Gentilitium D. Adalberti inſigne.*

Uſta Roſis nuper fuerat lis orta duabus,
Quæ foret hortenſi præficienda gregi?
rima fuit Veneris, divino tincta cruore
Altera, Adalberti tincta cruore fuit.

Ee

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Solve hoſpes litem, quæ ſit Regina vocanda
Hanc Venus; aſt iſtam Sanguine tinxit Amo

154 *In Ordinarium S. Adalberti Prototypon.*

CUm male barbarico laceratum vulne
Corpus
Alberto, rubei fluminis, amne fluit:
Cur illi noſter Remos aptavit Apelles?
Quid facit in ſacrâ Remus & Haſta manu?
Quam juſtè vereor tabulâ ne Præſul in iſta
Naviget, & telam deſerat ipſe ſuam.

155 *De eodem.*

CUm tibi navales impegit Pruſſia Remos;
Te meritò quiſquam diceret eſſe Ratem
Eſt Ratis, eſt Corpus, Merces animus, Mar
mundus.
Eſt Cœlum portus; Nauta ſed omnis homo
O te felicem! ſervata, Alberte, Carina!
Quem impulit in portum Remus & Haſt
ſuum.

156 *De cruentis D. Alberti Remis.*

QUam benè dum crudis infligit vulner
Remis,
Obſequitur fato gens inimica tuo
Si verax Aqueos ſanxit Sententia cœlos;
Hoc Remo ætherias trajice Præſul aquas.
Cumque Deus, vacuum ripæ omnis, dicitur æquor
Tam vaſtum Remis experiare, Mare.

157 *De eodem. Ex Ferdinandi III. Regis Legionis & Caſtellæ Symbolo.*

REmum, neſcio quis, picto, ſuperaddidit, Orbi
Nam veram, mundum ſenſerat eſſe Ratem

i mundus Ratis eſt ; alios ne quærito Remos,
Alberti Remis hanc moderere Ratem.

58 *De iiſdem.*

PEr vada Lethei Manes vectaſſe fluenti,
Fertur in Elyſio margine, nauta Charon.
ama vetus ſileat, veteris cognomina nautæ:
Hoc animas Reno Præſul ad aſtra vehet.
olve Ratem, Præſul, Sacratos exere Remos.
His tibi cœleſtes trajicientur aquæ.

59 *In Divi Adalberti Haſtas.*
Ex Roſin. Antiq. lib. 7.

ROmanis olim captos efferre ſub Haſtam,
In medioque fori vendere moris erat.
Jt te Alberte igitur venalem ſciret Olympus;
Cernitur in manibus Remus & Haſta tuis.

60 *In eaſdem.*

PRæſulis armatam dum cerno cuſpide dextram
Fallor? an hic patrias excubat ante fores?
Conde, Polone, Haſtas, generoſos conde mucrones
En pro te ferrum, Præſul, & arma gerit.
Bella geret Præſul; capitum cave bellua ſeptem
Te totidem telis Præſulis Haſta petet.
At cum cerno ſimul, junctos, cum cuſpide, Remos:
Eſt jam quo Patriam vectet in aſtra Ratem.

61 *In Ordinarium S. Adalberti Prototypon.*

QUid tibi cum Remo? quid cum Septemplice telo?
Quid facit in manibus Remus & Haſta tuis?
Nempè Haſtis, Præſul, clausū reſerabis Olympum?
Remo, Leteas exuperabis aquas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

AD PRUSSIAM,

162 *Divini in Alberto Amoris Obſtetricem.*

DUm quatis Alberti, Septena cuſpide pectus,
Ignoſco dextris Pruſſia ſæva tuis.
Hoc erat incluſum cordi producere Amorem,
Obſtetrice manu Divus egebat Amor.

163 *In ſeptem Adalberti vulnera totidem telis illata.*

DUm Pruthene aperis ſepteno vulnere corpus
Hoſti vulneribus conſulis ipſe tuo.
Liberius poſthac, Septem velut Oſtia nactus,
Ingens Alberti Spiritus, aſtra petet.

164 *Ad Divum Adalbertum,*
Cujus vulnera Fontes Amoris: & facunda Divini Amoris ora.

QUot tibi vulneribus parefecit viſcera ferrum
Flumina, Divinus, tot patefecit, Amor.
In Sacro totidem patuerunt corpore fontes;
Ex illis miſtus Sanguine, manat Amor.
Ora tuo totidem patuerunt, Præſul, amori:
Septeno pectus vulnere clamat, Amo.

IN HASTAS S. ADALBERTI.

165 *Regnum cœlorum vim patitur.*

CUr gerit arma manu, rigidaſque amplectitur Haſtas
Præſul, pacificæ gloria prima togæ?
Vim patitur cœlum, quod Chriſtus dixerat olim,
Huic inferre ſuâ vim parat ergò manu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

166 *Libratum D. Adalberti cadaver exiguo Argenti pondere, ſurſum fertur.*

CUm Sacra membra, pari, permiſſa fuêre bilanci:
In partes abeunt, terra, poluſque duas
Argentum tellus; cœlum Sacra poſtulat oſſa.
Hinc ad ſe pretium traxit uterque ſuum.

167 *De eodem.*

QUod modicum argenti ſacros præponderat artus,
Non fuit argenti, ſed pietatis onus.
Hæc pretium trutinæ & Regali adjunxit Obryzo;
O quantúm Pietas Regia, pondus habet!

168

TAm leve miraris, poſt tot jejunia corpus;
Et vix guſtato, marcida membra, cibo.
Ut leviora forent redimendi Præſulis oſſa:
Perpetua fuerant attenuanda fame.

169

JAm ſcio, cur ſacrum, ſe tollit in æthera, corpus
Jam ſcio cur agili, ſidera, lance petit,
Nempè ſciens ſociam cœlo gaudente teneri;
Ipſam animam vellet, corpus, ad aſtra ſequi.

170

CUm leve ſublatâ tollit ſe lance cadaver,
Nemo portentum dixerit eſſe leve.
Scilicet exilis redimendus merce metalli,
Sarmatiæ Præſul noluit eſſe gravis.

171

JUdicio libræ permiſſum corpus, ad aſtra
Tollitur; & facili pondere ſpernit humum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Jam forſan venturo occurrit in aëra Chriſto,
Cum ſibi judicii ſenſit adeſſe diem.

172

Cur levis impoſito Præſul ſupereminet auro?
Et nimio preſſas pondere ſpernit opes?
Quod dum vixiſſet pedibus calcaverat aurum.
Nunc quoque ſub pedibus debuit eſſe ſuis.

173

Dum cadit in terram Regalis pondus obryzi;
Credo ſacra, humano, lypſana, more colit.
Senſerat in ſocia divinum lance cadaver,
Hinc tam demiſſo ſupplicat ergo ſitu.

De eodem ad S. Adalbertum.

174 *Beatus qui poſt aurum non abiit,* Eccl. 31.

Dum te Sarmaticæ, Præſul, lux maxima, gentis,
Cerno poſt aurum non abiiſſe tuum;
An non te meritò poſſum dixiſſe beatum!
Vel tu, vel nemo ritè beatus erit

175 *Pondera mihi pondus ignis,* Eſdr. 4.

En, en, flammivomum, Pruthenus, ponderat ignem.
Dum Sacra, zeloſi præſulis, oſſa librat.
Hinc ego non miror ſurſum petiiſſe cadaver,
Ignis enim ad centrum debuit ire ſuum.

176 *Corpus quod corrumpitur aggravat animam.* Sap 9.

Corpus quod corrumpitur agravat, ire volentem
Surſum *animam*; ſacri pagina vatis ait.

Quis tamen iſta tuo dicat de corpore, Præſul,
Quod poſt fata etiam tam leve pondus erat?

177 *Simile, ex eodem.*

Q*Vod corrumpitur, aggravare* corpus,
Sacri pagina dixerat Poëtæ
Non corrumpitur ergo forſan iſtud,
Quod non eſt potis aggravare, corpus.

178 *In S. Adalberti corpus parvo pretio redemptum.*

EXili pretio defuncti Præſulis oſſa
Vendis, ab ingenio, Pruſſe, relicte, tuo.
Non patitur Præſul (vili quem penderat olim)
Se redimi multo, poſt ſua fata, litro.

179 *In Libram.*

LIbra Planetares inter radiata Coluros,
Cœleſtis medium deſere Zodiaci.
Quæ tulit Alberti divinum, Libra, cadaver:
Dignior eſt ſtellas, inter habere locum.

180

A Tellure abeunt, librati Præſulis, oſſa:
In tumulo nollent forſitan illa tegi.
Noverat emeritis deberi ſidera membris
Illis depoſitum, Libra, dat ergo ſuum.

181

QUæ levat, Alberti pretioſum, Libra, cadaver,
Juſtior hac nullo tempore, Libra fuit.
Unicuique ſuum qui reddit, juſtus habetur:
Ut, Numa Argolicus, Juſtinianus ait.
Aurum telluri debetur; corpus olympo:
Unicuique ſuum, reddidit ergo Libra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

182 *Ad S. Adalbertum.*

CUm tibi pro centro Deus eſt, quid mirer ad illum
Cur ſpretâ, Præſul maxime, tendis humo?
Argenti centrum tellus eſt; corporis aſtra:
Ad centrum ferri debet utrumque ſuum.

CLASSIS TERTIA.

D. STANISLAO MARTYRI EPISCOPO CRACOVIENSI.

Regni Poloniæ Patrono. Sacra.

In Seſqui crucem, vulgò Prus.

Gentilitium Sancti Martyris Symbolum.

183 *Qui vult venire poſt me, &c. tollat Crucem ſuam, &c.*

TOlle tuam Stanſlaë Crucem, tua Stemmata tolle;
Quæ æternus quondam linquere juſſit amor.
Quam Chriſti comites humeris geſtare jubetur,
Hæc fiet pedibus Dive premenda tuis.

184 *In eandem.*

RItè ſecuturis ſacræ veſtigia plantæ;
Unam juſſiſti tollere Chriſte, Crucem,
O quam te melius, Præſul, propriuſque ſequetur;
Qui in Patrio geſtat Stemmate, *Seſqui-crucem.*

185 *In eandem.*

SEſqui crucem è Patrio deſumas Stemmate, Præſul,
Præſuleamque illi, quam geris adde Crucem,
Junge ſimul: quam non multum diſtabis ab illo,
Qui manibus triplicem geſtat in Urbe Crucem.
Summi ut Pontificis fieret par, Divus, honori,
Pars illi tantum defuit una Crucis.

186 *De eadem.*

QUam bene Dive Crucem Patrio pro Stemmate geſtas:
Nam quod Stemma aliud, Martyris eſſe poteſt?

187 *S. Staniſlaus in Campis natus, ſine ullis, Bognæ, ſterilis antè, Parentis, doloribus.*

CUr Gentilitiis Divinus Præſul in agris
Naſcitur? & primam cernit in orbe diem?
Flos erat è cœlo Lechicos tranſmiſſus in agros;
Non alio naſci debuit ergo loco.

188 *In idem.*

QUi Staniſlai natalia conſpicis arua,
De Patria, Lector, ne dubitato ſua.
A *Pole* ſi merito dictum ſcripsêre *Polonum*;
Ecquis majori jure *Polonus* erit?

189

DUm nemus & virides incedit Bogna per agros;
Invidet ipſa ſuum fructificaſſe nemus.
Omnis Sylva ſuos propellit ad æthera fætus;
Omnis, ait, propriâ prole ſuperbit ager.
Sola ego! prô Superi! juſtas audite querelas,
Sola ego, fæcundâ prole, carebo Parens?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Dixit & in mediis Mater ſit neſcia campis;
I nunc & ſterilem te modo Bogna puta.

Ego ſum Flos Campi, &c.

190 *Homo Arbor inverſa.*

CUr ſua vernantes inter cunabula flores
Præſul, & in Sylvis incipit eſſe puer?
Qui *Florem Campi* quondam ſe dixerat eſſe,
Hunc inter Flores vult reperire puer.
Quod ſi vicinæ memoras confinia Sylvæ:
Hanc propè cur Præſul naſcitur? Arbor erat.

Majora his facietis.

191 *De S. Staniſlao trienne cadaver ad vitam revocante.*

CUm majora facit quam Chriſtus fecerat olim,
Quis ſe è diſcipulis illius eſſe neget?
Quatriduano olim vitam dedit ille; trienne
Ad vitam Sanctus Myſta cadaver agit.

192 *De eodem.*

ORpheus Euridicen, Stygiis revocavit ab umbris,
Dum pulſat querulæ dulcia fila lyræ.
O quam nobilius tua, Præſul, verba ſonabant
Quêis tractum ad vitam grande cadaver erat.
Traxit utrumque fides: fidibus ſed pluribus illam
Orpheus, hunc traxit Præſulis una fides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

93 *De eodem.*

IN Cruce dum moritur, Patris Sapientia, Chriſtus;
Defuncti tumulos deſeruere ſuos.
Miremur Petri ad vivos rediiſſe cadaver?
In Cruce tunc etiam jam propè, fixus erat.

94 *In Boleſlaum Audacem S. Staniſlai, caput vulnerantem.*

CUr caput immani Regalis dextera ferro
Vulnerat; & ſacram ſanguine tingit humum?
Scilicet invidit victori ſerta tyrannus,
Inde, coronandum decutit enſe caput.

95 *De eodem.*

DUm caput oranti, Audacis, diſcriminat enſis;
E proprio mitram vertice Præſul habet.
Infula ſe gemino tollit ſuper æthera clivo;
In ſacro geminum vertice vulnus hiat.
Tu nunc, emerito ſacram de vertice mitram
Decute; pro mitrâ vulnera, Præſul, habet.

AD S. MARTYREM.

96 *De eodem.*

CUm tibi Regalis disjungit, dextera, frontem;
Atque ſacrum crudo dividit enſe caput,
Quam benè, Dive, tuo conſultum, Præſul, honori?
Ipſa tuam ſortem vulnera, & arma juvant.
Nempè tuos geminum cinget diadema capillos;
Tot ſertis duro eſt factus ab enſe locus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

197 *In S. Staniſlaum, ante Aras cæſum.*

CUm libas, Præſul, divini pôcla cruoris;
Aras, & Sanctam ſanguine tingis humum.
Si commiſtus erat ſacro cum ſanguine ſanguis,
Quis conſanguineum te neget eſſe Dei?
Quod ſi non fuerit: Crux, quam pro Stemmate geſtas,
Te conſanguineum Numinis eſſe probat.

198 *S. Staniſlaus, Orpheus Chriſtianus.*

ORpheus in Sylvis, inter Delphinas Arion,
Ut teneri quondam luſor Amoris, ait.
Orpheus es Præſul: montes trahit ille canendo;
Tu mentes hominum, Præſul, ad aſtra trahis.
Orphea te, nobis, lacerati corporis artus,
Orphea te fatum, ſparſaque membra probant.
Orphea, Letheis deductæ à Manibus umbræ:
Orphea, quæ vitam tollit utrique Venus.
Arte pares ambo fueratis, diſpare ſiſtro:
Ille lyram tangit pollice, tu lituum.

199 *In S. Staniſlaum, membratim diſſectum.*

CUr ſecat in partes laniati Præſulis artus
Heu! ferro Miles durior ipſe ſuo:
Ingentem toto rimatur corpore mentem;
Magnam de toto pellere vult animam.

200 *In lucem è cœlo defuncto Staniſlao offuſam.*

LUcem defunctis æternam ritè precamur,
Illos dum patriâ contumulamus humo.
Quis Staniſlaum luce hac neget eſſe potitum?
Quem poſt fata, ſuâ ſidera luce beant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

201 *De eodem, Martyria Dies Natales.*

DUm Bethlêmitico Chriſtus fuit ortus in antro,
Illuſtris toto lux fuit orta polo:
Cum moritur Præſul, cœlo lux orta ſereno eſt.
Non mirum; cœlo tum, hic quoque natus erat.

202 *De eodem.*

CUm Staniſlai ſparſum ſuper arva cadaver,
Linquitur indomitis ſaucia præda feris:
Cœlum funereas accendit ab æthere flammas.
I nunc, & tales carpe, Luthere, faces.

203 *In Piſcem qui S. Staniſlai digitum devoraverat.*

QUi Sancti digitum rabido conſumpſerat ore;
Aut Sanctus nimium; aut Piſcis avarus erat;
At quicunque tamen fuit, & quocunque vocetur
Nomine: ſêu fuerat Carpio, Perca, Lupus.
Cum vigil è cœlo ſuper hunc lux orta fuiſſet;
O quam jure bono Lucius eſſe poteſt!

204 *In lucernam ſupra eum cœlitus accenſam.*

MOrs eſt ſacrilegos flammis ac igne cremari,
Et corpus rapido decinerare rogo.
Hinc ſcio, cur ſuper hunc piſcem luxêre lucernæ.
Raptorem digiti nempe cremare volunt.

205 *Lucernæ ardentes in manibus veſtris.*

SErvorum in manibus vigiles ardere lucernas,
Juſſerat æterni pagina Sacra Dei.
Quis neget in manibus Divi fulſiſſe lucernam?
Qua ſine nec digitus illius eſſe poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

206 *In membra S. Staniſlai, per campos ſparſa.*

FRumentum Chriſti quondam ſe dixerat eſſe
Qui prima Antiochi Præſul in urbe fuit.
Quis te frumentum Chiſti Staniſlae negabit,
Dum miles membris conſerit arva tuis?
O qualem nobis reddent hæc jugera meſſem!
In quibus effuſum nobile ſemen erat.

207 *De eodem.*

MÆnades infenſis lacerarunt Penthe
Thyrſis,
Cum Thebana exul Bacchus ab urbe fuit.
O quam Mænadibus miles crudelior! ô quam
Sanctior Aonio Principe, Præſul erat!
Illum proſcripti extinxerunt pocula Bacchi.
Hunc à Sarmatico limine pulſa Venus.

208 *In eadem materia.*

QUæris cur lacerum ſpargit ſuper arva cadav
Miles, & immani ſaucia membra manu
Ut Staniſlai Lechicis naſcantur in arvis,
Hæc per Sarmaticos membra ſeruntur agros

Finis Libri Primi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

ALBERTI INES

E SOCIETATE JESU,

ACROAMATUM EPIGRAMMATICORUM

LIBER SECUNDUS.

DEI MATER VIRGO.

1 *Amicta Sole & Luna ſub pedibus ejus.* Apoc.

PAllida, Virgo, tuis blanditur Luna cothurnis;
Illinc, ni fallor, plenior eſſe cupit:
Phæbe vale: dixit, fraternum linquo ſerenum;
Pro te, Virgineus, pes, mihi Phæbus erit.
Audiit hæc Phæbus; juſtaque excanduit irâ:
Et tales roſeo protulit ore ſonos.
Ergone ſpreta mei pulcherrima lumina vultus?
Spreta coronatis gratia merſa comis?
Cynthia non patiar: ſed poſt hac, Virginis inquit,
Ne careas noſtro lumine, veſtis ero.

De Auro & Argento Problema.

2 *Ad Timotheum Aranum.*

DIcimus Argentum vivum; non dicimus Aurum,
Cujus me cauſam dicere ſæpè jubes.
Difficile eſt, utriuſque, cui experientia nulla
Dicere; tu potius, dives Arane, doce.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De Inſulſis Bruti Salibus.

3 *Sal Infatuatum.*

QUid ſit *Sal Fatuus*, didici, Brute, magiſtro,
Quando appellari vis tua Metra, Sales.

Spes alit.

4 *Ad Clitum.*

ILlud quod veteri celebratur carmine, credo.
Spes alit, at pinguem Spes, Clite, nulla facit.

5 *Oveni cum Ennio Parallela.*

ENnius in putido ſepelivit ſtercore gemmas:
In gemmis tumulas ſtercus, Ovene, tuis.
Quæ tibi Calliope dictavit carmina, gemmæ:
At quæ ſpurca Venus carmina, ſtercus olent.

Errando diſcimus.

6 *In quendam.*

TE ſæpe excuſans, *errando diſcimus*, inquis;
Qui toties erras, cur ſapis ergo minus?

In Gentilitium Stemma,

7 *Nempè Virginem, expanſis manibus Urſo inſidentem.*

Illuſt. & M. D. Franciſci, à Debiany Debienski,
Succamer, Cracoviæ Supremi Illuſtriſſimi
Tribunalis Mareſchalci.

DEmbiniæ, porrecta manus cur utraque
Nymphæ?
Hæc gladium Themidis poſtulat; illa Libram.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nempè Themis cœlos, Lechicum regit iſta
Tribunal:
Illius ad faſces aptat utramque manum.

8 *Ad quendam ſcripta ſua extenuantem.*

QUod negligenti ſcripſeris librum manu;
Non negligenti confiteris carmine.
Ah: parce verbis, parce fallenti Stylo.
Hoc ipſe pro te fuſius dicet Liber.

Ad Amicum.

9 *Prothaſis.*

NOn hoc difficile eſt, Sanctorum ſcribere
vitas:
Sanctorum vitas vivere, difficile eſt.

APODOSIS.

10 *De P. Petro Skarga Societatis Ieſu.*

DIcere de Petro, Sanctorum geſta virorum
Scripſerit? an melius vixerit? haud facilè
eſt.

11 *De Sacris Apoſtolorum Capitibus,*
Die Pentecoſtes, ignito cœleſtium linguarum
imbre inſtructis.

AUrea promiſſas accendunt Sidera linguas;
Lambit Apoſtolicū, flammea lingua, caput.
At cur divinus ſupra caput adſtitit imber?
Cur linguæ Sedem non petiêre ſuam?
Nempè locuturæ ſupra captumque caputque
Vix poni poterant commodiore ſitu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

12 *De eodem*

QUêis caput ignitis armant incendia lingui
Alta locuturos ne dubitate Patres.

13 *De Myrtilo rudi Medico.*

DUm mea clementi torrentur viſcera febr
Non invitatus Myrtilus hoſpes adeſt
Exploranſque manum, veteris de fonte Galen
In chartam medicas exoneravit opes;
Has dum poto, febris majori intenditur æſtu
Non egui medico, Myrtile; nunc egeo.

Ars longa, Vita brevis.

14 *Ad Joannem Stimphalum, Supra definitionem artis medicæ à Galeno factam. Gloſſa.*

NEmpè cui Medici multo ſe miſcuit uſu
Ars longa; hûic fiet, Stymphale, *vita bre*

15 *In eandem. Commentarius alter.*

NOn hoc de ſola medicina dixero; quævi
Nam facit *Ars Vitam*, Stymphale, *lon*
brevem.

16 *Ad Reanum Naſo mutilum.*
Conſolatio ex Mart. lib. I. *epiſt.* 42.

SEû tortor tibi, ſive Gallicana
Abſcidit ſanies, Reane, Naſum:
Fruſtra carnificem luemque damnas,
Vis ſolatia? volve Martialem,
Romanæ geminum decus Thaliæ.
Illic invenies quod inquit ille.

Non cûicunque datum eſt habere naſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

17 *In Gentilitium Symbolum Illuſtriſſimi Domini Dabinſki, Succamer Crac. Supremi Tribunalitii, Præſidis.*

CUr virgo tollit geminas ad Sidera palmas?
Muneribus vacuas tendit ad aſtra manus.
Unica Sarmaticas humeris ſubitura ruinas,
Labentem Patriam fulcit utraque manu.

In luctuoſum obitum

18 *Magnæ Spei Illuſtriſ. Adoleſcentis Ioannis à Grudnâ Grudzinſki Ex occaſione Gentilitii ejus Stemmatis.*

EMBLEMA I.

Turres Iericho ad tubarum Iſraëliticarum; Grudziniæ ad mortualis Buccinæ clangorem, corruunt.

TRux, Hierychuntinas evertit, Buccina, Turres.
Et Muri, ſtrepitu ſuccubuêre, Tubæ.
Hêu dolor attonitam nova Buccina territat aurem:
Fatalique graves increpat ore minas.
Illi Grudziniæ ſubmittunt culmina Turres.
Illius ad ſonitum mundus & ipſe ruet.
Eheu quid faciet Divini dextera Martis?
Si Turres etiam ſternere voce poteſt.

19 *De eodem in Horto mortuo.*

FLos fuerat, Lechici, quondam pulcherrimus, horti;
Hoc à morte meti debuit ergo loco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

EMBLEMA II.

20 *De eodem. Caſtellum Grudzinianum Mors expugnat.*

MAterno vallum, Patrio de Stemmate Turres,
Marſque vigil patulas excubat antè fores.
Non tamen indomitam tot propugnacula Mortem,
Non tamen arma truces detinuêre manus.
Occidis hêu! propero Juvenum lectiſſime fato;
Occidis, & geminæ deſeris arma domus.
I nunc & fatis æratos objice muros.
I nunc, Morte nihil fortius eſſe nega.

EMBLEMA III.

21 *Mors Turres Grudzinias machina impetit.*

AEnea, nitratum minitatur, Machina, fatum,
Machina quam docili Mors regit ipſa manu.
Grudziniæ Turres ſubitam trepidate ruinam,
Ne veſtrum feriat trux Libitina caput.
Ah! feriit, vani procul hinc, procul eſte timores.
Heû dolor! en *Turris* de tribus una, ruit.
Quod ſi ſcire voles fuerit quâ glande petita?
Aut quæ funereæ Machina mortis erat.
In quem diffluimus, pyrio pro pulvere pulvis.
Flamma Febris, corpus Machina, phlegma globus.

EMBLEMA IV.

22 *Samſon Gazenas portas bajulat; ex adverſo Mors Grudzinianum Stemma tumulo infert.*

SAmſon Gazenas infracto robore Turres,
Extulit; & forti mœnia rupta manu.

on tu diſſimili, Juvenum, cadis optime fato,
In tumulum Turres, fert Libitina tuas.

EMBLEMA V.

De eodem.

3 *Pallida Mors, æquo pulſat pede*
Pauperum tabernas, Regumque Turres. Horat.

Nunc fatidici, damna mendacia vatis
Incertamque fides promere, carpe, Fidem.
um de Grudziniis proſternit Turribus, unam
Heu! æquo Turres mors quatit atra, pede.

Ad prolixas Salviniani literas.

4 *Laconica reſponſio.*

Ndignor tibi, quod mihi nil reſcripſeris, inquis;
Deſine: reſcribo; Salviniane; *Vale.*

5 *In Holanum jactabundum.*

A Lecho Piaſtoque genus deducis, Holane;
Nobilis in Genere es, Ruſticus in Specie.

6 *De Priſco Philoſopho informi.*

MAteriam quoties Informem, Priſce, negabas,
Credo minus fueras cognitus ipſe tibi.
Nam cum Forma tibi nulla eſt, Specieſque; quid obſtat,
Ipſum te, informem dicere Materiam?

Dei Mater Virgo.

27 *Roſa & Lilium.*

LIlia cùm palles vultu, mea das mihi, Virgo.
Purpureus tingit cùm pudor ora, Roſas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

O ego ſim ſertum! tibi ſim, nova tænia, Virgo.
Credo tuum poſſem cingere Chriſte caput.
Sed quia ventoſæ rapiunt mea vota procellæ,
Saltem Virgo tuis, ſim ſua *Spina Roſis.*

28 *In Capitoſum Calvum.*

DUm grandem capitis ſcopulum ſuper æthera tollis,
Porphyrion ſuperis, ne videare, cave.

Imperfecta Arithmetica.

29 *Ad Aulum divitem Parcum.*

MUltiplicas, addis: cur non quoque dividis? atque
Subtrahis? hoc pro te jam facit, Aule, Nepos.

30 *Septem Sapientes ex Græco.*

QUi fuerit numerus Sapientum, Græcia dixit.
Stultorum numerum dicere, nemo poteſt.

31 *In Ordinariam S. Pauli effigiem.*

CUm gladio Paulum cur noſter pinxit Apelles?
Miles erat, miles nunc quoque bella gerit.
Et quanquam picto metuendus fulminet enſe;
Hæreſis, à picto, vulnera viva timet.

Secretum Politicum.

32 *S. Paulus ſubitâ è cœlo luce circumfuſus, cœcus efficitur.*

NOn ſolæ cæcos tenebræ feciſtis; & ipſe
In medio; cæcus lumine Paulus erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

iſquis es, à Paulo Secretum diſce, viator.
Haud impunè ulli, Lux nimis ampla, venit.

Cingulo ſuo morbos depellit.

MOrbos Paule tuam non miror tollere Zonam:
A lumbis didicit fortia quæque tuis.
in puduit vinctos nodo ſtringente teneri.
Hinc fugiunt laquei, vincula certa, ſui.

De eodem.

QUos propriæ, cingis ſanaſque ligamine Zonæ
Hos meritò dices Viſcera, Paule, tua.

S. Pauli ſtrophium morbis medetur.

Te Paretonio celebres Machaône, ſucci:
Ite Paleſtinis illita lina fibris.
dor, Paule, tuus meliora unguenta miniſtrat.
Emplaſtro Strophium præſtitit ergo tuum.

S. Paulus gladio pro Chriſti nomine percuſſus, lac è vulnere fundit.

Um tibi tam caſto diſtillent vulnera lacte,
Totus *Maternum*, quis neget! *Vber* eras.

De eodem.

Eriùs hic dicam mutilum poſt funera Paulum,
Lactea de terris ducit ad aſtra *Via*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

38 *Aliud de eodem ex ejus Epiſtolis.*
Filioli quos iterum parturio, &c. Ut modò geniti infantes lac concupiſcite.

HUc, huc, Chriſticolæ, celeres advertite paſſus,
Quos iterum Pauli parturiebat amor.
En niveæ cervicis hyems! en dulce cruoris
Lac, quo Filiolos educat ille ſuos.

39 *De eodem.*

LActeus Orator meruiſti Paule vocari
Cum tibi tam largè *Lactea vena* fluit.

40 *In idem. Ex illo D. Ambroſii Hymno.*
Te Martyrum Candidatus laudat exercitus.

CUm Virginali candidus fluat cruor,
Doctoris olim Gentium de vertice:
Hinc *Candidatum Martyrum*, veracius
Noſtris canemus in choris, *Exercitum.*

41 *De eodem.*

CUr non erubuit Sanguis Lictoris ad ictum
Pro nullo fundi crimine, ſe, docuit.

42 *De eodem, verè lactei Oratoris lacte; & tribus fontibus eodem in loco, in quo decollatus eſt erumpentibus.*

SAnguinis ante Dei veniebat clamor ad aures
Lacteus, at Pauli pro nece, clamor erit.
Si prior iratis vindictam ſuaſerat aſtris;
Hic pro carnificis, ſupplicat enſe, ſui.
Ut candore ſuo mucro abſolvatur & ictus,
Hoc tortor nocuas, ablue fonte manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

43 *De eodem.*

HAc ferrum ſequitur; capitis ſubit unda choreas:
Aut nutri, aut gladium, dure Tyranne, lava.

44 *De iiſdem Fontibus.*

TEr ſalit, & ſaltu vitreas caput elicit undas:
An terræ lacrymæ? ſudor an iſte fuit?
Forſan Apoſtolico depreſſa à pondere ſudat:
Forſan in Exequiis præfica plorat humus.

45 *De iiſdem.*

TOllite Pegaſeos fallacia culmina fontes,
Doctior à docto vertice lympha fluit;
Doctior Aoniis, ſudat Fontana, fluentis
Namque hæc eſt *capitis* partus, at illa *pedis*.

46 *In Battum ſciolum.*

OMnia ſcit Battus, ſapit omnia, & omnia callet;
At cur ſcire tamen ſe negat ille, nihil.

47 *Fuge, fuge dilecte mi, &c.*

HEu *Fuge*, miraris crudelia verba, Viator.
Ne mirêre; magis, dum fugit ille, ſequar.

48 *Ad Soſibianum Poſtulatio.*

IAm toties, pro te ſupremo vota Tonanti,
Fudi; nec vacuas Soſibiane, preces.
Sæpe Deum pro te, quod præſtitit ille, rogavi;
Ecce ſemel pro me te rogo: quid facies?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

49 *Ad Hortulanum.*

COnveniſſe ſuis dicebam nomina rebus,
Cum porrexiſſes tam mala mala mihi.

50 *Ad Marianum.*

TE dare promittis poſt mortem cuncta nepoti
Jam tempus fuerat te, Mariane, dare.
Ergo quid vitam violento protrahis uſu?
Qui citò dat, bis dat. Da cito, vel morere.

51 *Ad Vincentium Blandum magnæ charitatis Virum.*

TRes tantum Charites Apollo cenſet.
Sed non tres tibi Blande Charitates.
Mendaces bene corrigis Poëtas.
Plus centum mihi dando Charitates.

52 *In Obeſum Bibonem.*

UTrem, non uterum præpingui geſtat in alvo,
Hinc & ſæpè ſitit; nam ſibi Venter, uter.

53 *In eundem.*

QUiſquis es, hunc potius, tumulum, non dicito ventrem.
Hic bibo nempe ſuas conſepelivit opes.

54 *De eodem.*

COlles Bacchus amat, creſcunt in collibu uvæ.
Hinc potor ventrem collis ad inſtar habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

55 *Ad Pollum Uxorium.*

UXoris genium, uxoris mandata, Maritus,
Ac Uxor quidquid dixerit, exequeris:
Quidquid agat, laudas, quidquid damnaverit, horres;
Hoc eſt, Uxori nubere, Polle, Virum.

56 *In Calvum.*

HÆreo quid dicam, quoties mihi, Calve, recurris
Fronte cares? geſtas an ſine fronte caput?

57 *Vulneraſti cor meum in uno crine colli tui, &c.*

HIc ubi Sidereis agitatur Scena viretis;
Fundentis ſponſæ ſpicula, circus erat.
Arcus erat Divæ cervix, crinisque Sagitta:
Quam ſacer empyreis viribus urget Amor.
Jamque repercuſſo ſonuerunt cornua nervo;
Jamque cruentati vulnera cordis hiant.
Crine tui ſi Sponſa potes cor figere ſponſi:
O quam cor molle! ô quam coma fortis erat.

Ad Plancum.

58 *In Brenum Procraſtinatorem.*

NOn accuſo Brenum, toties quod poſco negantem.
Hoc accuſo, Brenus non citò, Plance, negat.

Circulus vitioſus.

59 *Ad Paulinum de Choreis.*

MIllenis arctum percurris paſſibus Orbem;
Et centumgeminas iſque rediſque vias.

Quis ſcopus? aut quæ meta tibi? quod denique centrum?
Circulus aut nullus aut *Vitioſus*, hic eſt.

60 *Ad Mœnium Poëtam, ex alieno diſertum.*

QUâ prece, quà pretio, redimis tua carmina, Mæni:
Carmina quis dubitat, ſunt pretioſa tua.

61 *In quendam.*

QUid tibi cum facie? Mores Natalibus æqua.
A Patre degenerem non faciet Facies.

In Roſam

62 *Illuſtriſsimi & Reverendiſsimi DD Staniſlai Pſtrokonski, recens tum Epiſcopi Chelmenſis Nominati.*

QUàm benè Regalem cumulat nova Purpura Florem.
Quàm benè Reginam Mitra, pedumque Roſam!
Quæ cum de Patrio tibi ſurgit Stemmate, Præſul:
Pænè tibi fuerat Purpura nata domi.

Quod Rarum Carum.

63 *Ad Deuterum Palinodia.*

ESt nihil in toto Doctrinâ rarius Orbe.
At cur illa tamen, Deutere, cara minus?

Cæcus Amor.

64 *Ad Baſſulum.*

QUando tàm valido veſtri flagratis amore
Jam didici cæcus, Baſſule, quid ſit Amor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

65 *Ad Muſculum.*

MIſiſti cultos, culto cum carmine, flores:
Hos calathus; illud, florida charta tulit.
Munus utrumque mihi fateor placuiſſe: ſed ô quam
Floridior calatho, Muſcule, charta fuit.

66 *In Ollum Calamiſtratum.*

DEſtruis, ædificas, diſponis, ſurrigis, uris
Et torques miſeram pectine & igne comam.
Quam ſapiens fieres, ſtupidum, ſi crine relicto
Tam multis colere, artibus, Olle caput.

Applauſus extemporales.

67 Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino
D Joanni à Lipe Lipski, Româ reduci.

Ex Gentilitio ejus Stemmate, Vulgo dicto LADA, id eſt Solea inter duas Sagittas media.

I Modo Lipſciadum, Solio Solea apta Latino.
Jam nil quod calces celſius eſſe poteſt?

68

I Digna Auſonias tetigiſſe Sagitta Tiaras
Nam quæ meta tibi celſior eſſe poteſt?

69

QUæ Solea Auſonias tutò penetravit ad Alpes;
Tutò ſupremi, ſcandet, Honoris, iter.

70

QUod telum Latias ſecurè contigit arces,
Huic Honor, in Patria, meta, Supremus, erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

71
NUlla tuo calci impunè inſidiabitur Hydra ;
Cui Solea armatos muniit ære pedes.

72
HOſtis nullus erit, qui te ſine clade laceſſat ;
Cui armat tutum bina Sagitta latus.

73
QUis te, quis ſolidos dubitabit figere greſſus
Cui virtus ſoleam nobile Stemma dedit.

74
QUis te poſſe neget ſupremas tangere metas
Cui duplex, Patrium Stemma, Sagitt
dedit.

APODOSIS.

75 *Cum idem Illuſtriſſimus in Archiepiſcopum Gneſnenſem, fuiſſet inauguratus.*

HÆc me non vano, quondam luſiſſe calore ;
Præſulei capitis conſcia Mitra probat.
En juga Supremi Præſul ſuperavit Honoris,
En tetigit primum bina Sagitta ſcopum.
I modò Sarmaticis Livor minus æque corymbis
Et me de veris vatibus eſſe nega.

De Nuptiis Ludmillæ.

76 *Ad Truttum.*

NOn bona, Trutte, malo nupſit Ludmilla marito
Hoc eſt, hoc, *Si Vis nubere, nube pari.*

77 *Ad Blancum. De Ellio Parco.*

QUidquid, Blance, rogo, tetrico negat Elliu ore ;
Sed jam fortè dabit, nam rogo ne mihi det.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

78 *De S. Barbara.*

VIcta, Duci, nomen, Latio, dedit Africa; ſic &
Dicitur à victâ Barbara barbarie.

De Miniſtris ad Hæreticos.

79 *Propria locutio.*

EX vero, Patrum nomen, meruiſſe Miniſtros;
Hoc quamvis nomen nulla figura juvet,
Quis dubitat? multâ fæcundos prole Parentes,
Hæretici, propriè dicitis eſſe Patres.

80 *Ad Pruſcum trium Sororum diſſidiis afflictum.*

QUot Plutum, totidem vexant te Fuſce Sorores;
Has æquo Furias dicere jure potes.

81 *In Funere Nobilis Adoleſcentis, Chryſoſtomi Marſzevvſki, ex Gentilitiis ejus Stemmatibus.*

EMBLEMA I.

Cornubus fractis, Liliiſque marceſcentibus, Sola ſuperſtat Columna, cum lemmate.

VIRTUS IMPERVIA FATIS.

DUm furit implacido letalis Syrius igne;
Et per anhelantes fulmina ſpargit agros.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Cernua Caltha labat, Roſa languet, Lilia pallent
Cogitur & totum ſubdere colla nemus.
Hêi mihi! nec noſtris potuerunt Lilia cetis,
Inter inhumanas tuta manere faces.
Ergo licet rigido ceciderunt Lilia fato,
Stabis ab infenſâ, tuta Columna, nece.
Stabis, & è tumuli radice animabere noſtri;
Cûi hoc inſculptum cernere carmen erit.
Deflua miraris mea Lilia? ſtare Columnam?
Illud Virtutis, Sanguinis illud erat.

EMBLEMA II.

82 *Cor, Columnæ inter Lilia ſtanti impoſitum; hinc ab Amore Divino, illinc à Morte, Sagittis impetitur.*

BElla movet Divinus amor, Libitinaque bella
Hæc pharetrâ, Pharetrâ cinctus & ille ſuâ.
Illis Marſzevvski, juvenum lectiſſime, meta
Atque tuo felix corde, Columna fuit.
Arcus præbebant gemino tua Stemmata Cornu;
Et vitæ rigidus, Stamina, nervus, erant.
Hæc jacit, ille jacit telum; ſed diſpare jactu.
Mors gaudet ſcapi vulnere, Cordis Amor.
Cor tibi cedat Amor ſpolium: & ne laurea deſit
Stemmate de noſtro Lilia, Victor habe.

83 *De eodem.*

EMBLEMA III.

Sequuntur Agnum quocunque ierit, &c. qui paſcitur inter Lilia.

ALluditur ad Agnum, Collegii Karnkoviani Symbolum, & ad defuncti Lilia.

Qui

Qui vivus nivei veſtigia preſſerat Agni,
Agno defunctus quin eat ille comes?
Et cum maternis niteant ſua Lilia Ceris:
Paſtum ne quæreat Cœlicus Agnus, habet.

84 *De eodem.*

EMBLEMA IV.

Inveni Portum Spes & Fortuna, Valete.

KArnkovios Lechicus Jaſon, dum navigo Colchos,
Nec dives Phryxi non mihi vellus adeſt.
Quæſieram Portum: Portum præbere negabant
Littora, Munde tuis inſidioſa vadis.
Quid faciam? Superis fragilem mea carbaſa cymbam
Reddite, fors illo littore, Portus erit.
Nec mora totus agor ventis, lentoque Favonî
Flamine; quò ſinuat lintea ſicca Phtiſis.
En jam *per fluidos* ſecurus navigo *Cœlos*,
Udaque Sarmaticâ ſidera ſulco Rate.
Inveni Portum, Spes & Fortuna Valete;
Tutus in hoc Portu naufragus eſſe queo?

85 *In Imaginem S. Thomæ Diſcipulo datam.*

CUm tibi do Sanctum parvo pro munere Thomam,
Nunc magis & dici Sanctus, & eſſe velis.

86 *In Candidum degenerem.*

INſignem magnis maculam Natalibus infers;
In te laudo Genus, Candide, non Speciem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

87 *Veni dilecte mihi, &c. Ex Cantico Canticorum.*

ILla Roſis, Violiſque dies indormiit albis,
Et preſſit nivei florida ſtrata tori;
Cum mihi, ſponſe tui ſtillabant, nectar Amores;
Cum licuit caſtis jungere labra labris;
Errabant nitidi per lactea colla lacerti.
Ludebat Roſeo pollice preſſa manus.
Sponſe veni, mea vita veni: quid Sponſe moraris?
Aut quid Amor neſcis, te fugit, aut quod amo.
Ah! quid Sponſa tuis ſingultibus aſtra laceſſis;
Ad te ſi Sponſus non venit: ipſa veni.

88 *Ad Fauſtinum.*

CUm mea lux, luſcæ dicis Fauſtine maritæ
Nemo te luſcum non neget eſſe magis.

89 *Ad Brundum magni Voluminis auctorem.*

M*Ultorum Capitum* plebs *Bellua* dicitur eſſe.
An non iſta, tuus, Bellua, Brunde, liber

De Britano laſcivo Poëta.

90 *Parodia ad 52. lib. S. Martialis Epigramma.*

FOrmoſam minus, aut magis pudicam,
Feſtiviſſimus ille Martialis,
Catullam fieri vovebat olim.
Nos pro te ſimili Britane voto
Laſſamus ſuperos; Stylum tibi dent
Facundum minus, aut magis pudicum.

91 *De Gracculo loquace.*

JUſta mihi dubiam variat Sententia mentem
Gracculus atque loquax Græculus, an ſi idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

92 *Ad Martinianum Fuſcum, cum è Paterna Hæreditate tribus Sororibus dotem numeraret.*

TRes inter facilis facta eſt diviſio fratres;
Cum totus triplici ſubditur Orbis hero.
At non tres eadem tenuit fortuna ſorores;
Cum male Dardanius, dat ſua mala, Paris.
Tu majus quiddam Superis renuentibus audes,
Teque parem Paridi Martiniane facis.
Adde moram facto, & paulum metire quod audes,
Nec propera fatum præcipitare tuum.
Difficilis multos inter concordia fratres.
Illi, multa tamen, fit minus apta, Soror.

93 *In quendam ineptum Poëtaſtrum.*

FEllis habet tua Muſa minus, piperiſve, Saliſve.
Solius nimio plus habet Ellebori.

94 *Ad Patianum nimium Epigrammatum ſuorum encomiaſten.*

IN qua, ſi titulum cum primo carmine demas,
Nil agnoſco mei, laus placet iſta minus.
Non tu diſſimili, mea carmine, camina laudas
Et quidquid non ſum me Patiane vocas.
Deſine jam tandem, aut maturè diſpice tecum
Laudare, & laudes fingere num ſit idem?

Arbor Conſanguinitatis.

95 *In quendam perduellem magnum genus & nomen mentientem, Palo infixum Cracoviæ A. D. 1651.*

MAgni Fur generis, palo defigeris alto;
Sic trahis à dignâ, nobile, ſtirpe genus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

76 *Ad Divitem Poëtam.*

SCripturos Tyrio digitos adamante coron
Hâc, mala, te pudeat, ſcribere metr
manu.

97 *Oſculetur me oſculo oris ſui. &c.*
Mel & lac ſub lingua tua &c.
Favus diſtillans labia tua. &c. Ex C. Canticorum.

QUid mirum, ſi Sponſa tui petis oſc
Sponſi;
Os illi fuerat nectar, & ipſe favus.
Tu quoque Sponſe, tuæ meritò petis oſc
Sponſæ,
Illi Mel fuerant oſcula, labra Roſæ.

98 *In quendam multos pileos habentem.*

CUi tot vulpinos ſubducunt pilea villos:
Unum te nemo credat habere caput.

99 *In Ponticum Momum.*

VErſibus in Noſtris, tua crimina, Pontic
damnas,
Erroreſque tuos, vindice bile feris.
Exſpue jam bilem, nam debes, Pontice, ver
Aut tolerare meos; aut jugulare tuos.

100 *Ad eundem.*

CUr mea tam ſtolidis cenſuras carmina lin
Hic meritò cenſet, qui meliora facit.

Finis Libri Secundi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

ALBERTI INES
E SOCIETATE JESU,
ACROAMATUM EPIGRAMMATICORUM
LIBER TERTIUS.

Medica Principis Apoſtolorum Umbra.

Ad ſanctum Petrum.

QUid tua *Lux* poſſit, didici te Petre, magiſtro;
Quando fugat morbos, corporis *Umbra* tui.

De Motibus Anglicanis

Poſt crudeliſſimam necem Caroli Regis.

CUr tam delirâ, præceps ruit Anglia mente?
Nempe, ſuum, ferro meſſuit ipſa, caput.
Hinc, cum fronte pudor, ratioque oculique, fideſque,
Hinc periit Regno, Mens bona, cum Capite.
Nec miror tantis Anglos concurrere bellis,
Quando illis ſolæ ſunt, ſine mente, manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Jus ad Rem, Jus in Re.

3 *Ad Iuſtinianum Controverſia.*

AD Rem Jus Nolanus habet; ſed non habet in Re.
In Re, non ad Rem Jus, Tatianus, habet.
Solvite, Juridici, quis ſit Poſſeſſor habendus
Quando, Jura, prior, Rura ſecundus habet

Tropus ſine Tropo.

4 *De Myrone Tubicine.*

DUm Martiales buccinas inflat Myron,
Totumque pandit Spiritum,
Perfracta rupit ilia, atque ſic Miſer,
Efflavit animam, ſine Tropo.

5 *Ad Lagum, de ſuis Verſibus.*

CUm paucis placuiſſe, mihi, mea Carmina narras;
Judicium, Libro, das Lage, grande meo.
Nam cùm ſint pauci Sapientes: non ego multas
Multorum laudes opto, nec invideo.

6 *Homo quidam fecit Cœnam.*

PRandia dat Mundus, fallax Jentacula Dæmon:
Tu ſolus Cœnam, tu mihi, CHRISTE, facis.
Ergo prior valeat, valeat conviva ſecundus.
Impranſo Cænam porrige, CHRISTE, tuam.

Aurea Libertas; auro Venalis.

7 *Veteris Parœmiæ Palinodia, ad Priſcum.*

AUrea Libertas, quamvis non venditur Auro,
Auro, Priſce, emitur ſæpius illa tamen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Ne Libertatem vendas, non ſuggero, Priſce:
Illam, Priſce, tamen, ſuggero, ne quis emat?

Ira Calcar Virtutis.

8 *Ad Cordulum.*

VIrtutis, merito, *Calcar*, ſi dicitur Ira:
Ingens Virtutis, Cordule, Calcar habes.

Ad Olavum Hominem tenaciſſimum.

9 *Argumentum ad Hominem.*

INquis, carò emitur, precibus quod venit, Olave;
An non hoc carò venditur ergo ſimul?
Ergò cùm gratis, tua munera, mens dare non eſt;
Hoc ſaltem pretio, quod peto, vende mihi.

De Fauſtino Monoculo divite.

10 *Ad Marianum pauperem, ex Græco Paradoxon.*

PLus videt uno oculo propriâ Fauſtinus in Arca;
Quam tu, cûi oculi ſunt, Mariane duo.

11 *De Sarpedone ſuperbo, ad Myrtilum.*

SPiritualis Homo eſt, dicebas, Myrtile, fruſtra.
Sarpedon, eſt potius, *Spirituoſus* homo.

12 *De Blanco Divite, & Inepto Poëta.*

AUreus es vates, nam multo es dives Obryzo.
Carmina cur ergo ferrea, Blance, facis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

13 *De Eraſmi Moria.*

STultitiæ laudes unus celebravit Eraſmus.
Stultorum laudes, plurimus Auctor habet.

14 *De Protreptico Calamiſtrato.*

JUre caput tibi multa tegit, Protreptice, pluma:
Nempe levis cerebri, nobile Symbolon eſt.

De quadratura Circuli.

15 *Ad quendam Mathematicum.*

QUadraturæ inhians, miſces *quadrata rotundis.*
Quadratur toties Circulus ergo tibi.

Caput Mulieris, Vir.

16 *Ad Macrinum.*

QUamvis Uxoris *Caput eſt*, Macrine, Maritus:
Uxoris, ſed Vir, non erit ingenium.
Ille quidem *Caput* eſt, ſacrâ teſtante papyro:
Sponſa tamen quoties *Cornua* fronte gerit.

De Nece Caroli Regis.

17 *In Anglos.*

O Quanti Sceleris, reus es, Regiſque reique;
Hunc dixiſſe reum, nonne Britanne pudet?
Dum Regale caput violento ſubripis œſtro,
Ex hac meſſe tibi ferrea nata ſeges.
Hinc tua Civili lacerantur viſcera Marte:
Ultrices *Capitis* nam decet eſſe *Manus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

18 *Ad Myrtilum Grammaticum.*

ANtiquata licet numerentur plurima verba,
Res Antiquatas, Myrtile, rarus habet.

De S. Petro Apoſtolorum Principe,

19 *Verſis ad cœlum pedibus crucifixo.*

NE mirêre Petrum, pedibus quòd ſidera verſis.
Invadit, propriæ fixus in *Ara* Crucis.
Ne ſua, nempe, ſacri renuant veſtigia cœli;
A Chriſto lotos vertit ad aſtra pedes.

20 *Ad S. Petrum.*

NOn ego te miror, divini Paſtor Ovilis,
Demiſſo in terram vertice, velle mori.
Scilicet *in terris* pro *ſucceſſoribus* optas,
Et *Caput*, & propriam linquere, Petre, *Mitram.*

Virtutis Calcar, Gloria.

21 *De Beato Aloyſio Gonzaga, Societatis Ieſu Corpus ſuum ferreis calcaribus ſauciante.*

CAſtum *ſtellatis* corpus Calcaribus urges.
O quantum cœli Gloria, Calcar habet!
Hinc tua tam celeres, rapuerunt luſtra quadrigæ,
Ætaſque ante ſuam præcipitata diem.
Dum pia mens ſe ſe ſtimulis cœleſtibus urget,
Tam citò ſacra ſuum vita peregit iter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

22 *In Eraſmum Roterodamum, à fide Apoſtatam.*

E Putri genitus genio, deformis *Eras mus.*
Nunc quoque Tartareus, demerſus ſub ſtyge, *Eris mus.*

23 *In Linum juriſtam.*

NEmo te Cauſas lucrari, jure negabit:
Nam perdens Cauſas, Line, lucraris opes.

Petite & accipietis.

DATE ET DABITVR VOBIS.

24 *Ad Aulum Divitem.*

DIves ego precibus, tu dives Mercibus Aule,
Hinc pars iſta tibi convenit; illa mihi.

Forma dat Eſſe rei.

25 *In Turdum deformem.*

FOrmâ, Turde, carens, fruſtra prope diceris eſſe.
Nempe ſuum quævis *Forma dat eſſe rei.*

26 *Ad Theodorum Balbum.*

UT tibi diſpliceant Epigrammata noſtra, laboro;
Ut placeant aliis Balbe, laboro minùs.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

27 *Ad Candidum Polemicum, Criticorum Criticum Acerrimum. Ex Oveno lib. 3 ep. 181.*

NI Satyram ſapiat, prope nil Epigramma valere,
Dixit & effecit Cambro Britannus Oven.
At tu cum Satyras, criticoſque Polemice damnas,
Es malè ab ingenio proditus ipſe tuo.
Nam ſi qui damnat Criticus ſit jure vocandus;
Qui damnas Criticos, Candide, quantus eris?

28 *Clepſidræ Etymon.*

A Græco nomen cur traxit Clepſidra Κλέπτω.
Hæc toties horas Kleptit avare tuas.

Noſtrum eſſe, non eſt eſſe.

29 *Ad Nonium Paradoxum.*

NOn bene confundis vicina vocabula, Noni;
Eſſe tuum præter, ſcilicet Eſſe, nihil.

Aurea Libertas, auro empta.

30 *Ad Blondum.*

AUrea libertas, propria tibi voce vocatur:
Aurea quam peperit, Blonde, Moneta tibi.

Eliſæ & Eliſabethæ

31 *Anglorum Reginæ comparatio.*

ANglica dotalem infernum poſſedit Eliſa;
Hinc illi reliquum nil niſi betha fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Æneas primam ſtygium detruſit ad Orcum:
Orcum poſterior condidit ipſa ſibi.
Tres tantum Furias numeravit Tartarus ante.
Acceſſit Furiis, quarta Britanna, tribus.

APOLOGIA.

32 *Pro ſuis Epigrammatibus, ex Græco.*

ME fruſtra incuſas ſcripſiſſe Epigrammata curta;
Si bona, longa ſatis: ſi mala; longa nimis.

Primus in Orbe Deos fecit Timor.

33 *ANTISTROPHE.*

P*Rimus in Orbe Deos fecit Timor*, haud benè dictum.
Primus in Orbe Deum, ſed bene, fecit Amor.
O Amor omnipotens! quantum te poſſe fatemur,
Cum poteras Hominem, conſtituiſſe, Deum.

34 *De quodam Poëta ſui laudatore.*

JUre tuas proprio celebraſti carmine laudes:
Te qui laudaret, tu niſi, nullus erat.

35 *De Alano ad Marianum Impropria ſed vera locutio.*

NIl valeo dicit, quoties ægrotat Alanus:
Quin etiam ſanus, nil Mariane, valet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De Individuo Vago, & Vacuo.

36 *Ad Fauſtinum de Cambrico Philoſopho.*

SÆpe Errans, ſemperque Vagus, Fauſtine, negabat,
Fruſtra, Individuum, Cambricus, eſſe *Vagum*.
Poſſe dari *Vacuum*, ſed quando dixit, habere
Ipſe ſuum poterat pro ratione caput.

37 *Aurea Ætas. Quæſtio.*

AUrea priſca fuit, nunc ferrea dicitur Ætas;
At cur iſta tamen ſit pretioſa magis?

38 *Ad Bitinicum Poëtam.*

CUm bona verba malo torques Bitinice ſenſu,
Qui malè carminifex, jam bene tortor eris.

39 *In Anacem laſcivum Poëtam.*

PRo vena Venerem, laſcivo carmine promis:
Et cum laſcivis, eſt tibi vena, Venus.
Hinc ego non miror quod pulchrum dicitur eſſe,
Quando tot Veneres carmen, Anacis, habet.

De Romanis & Hebræis.

40 *Unius cauſæ diverſi effectus.*

LEgibus antiquis ſtat res Romana, Viriſque;
Legibus antiquis res Solymæa cadit.
Ne mirêre igitur veteres dixiſſe Sophiſtas,
Effectus varios unica cauſa facit.

Lazarus Bonafidius.

41 *Prædicans Auguſtanus.*

QUo Lucus, Parcæque modo, Bonafidius iſto,
Impoſitum Sancti nominis omen habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Impoſtor potiùs *Maleſidius* iſte vocetur,
Illius quando eſt tam malè fida, Fides.
Eſt medius fidius, Bonafidius, eſt male dictus.
Eſt jam quod ſua poſt fata, Miniſter, erit.

De eodem.

42 *Fit alluſio ad Lazarum, cujus ulcera canes lingebant.*

LAzare lingua canum nequeat te reddere ſanum;
Dentes ulceribus ſint medicina tuis.

43 *Ad Soncinum de Volano Divite Parco.*

DIves opum, ſed pauper opis, Soncine, Volanus.
Ne bene perdat opes, ferre recuſat opem.
Elicit hinc toties miſeri ſuſpiria vulgi.
Illud nempe vovent, ut malè perdat opes.

De Anglis

44 *Poſt funeſtam Caroli Regis necem.*

ECcleſia quibus nuper Acephala placuit,
En ecce Regnum illis, placet nunc Acephalum.
Hinc poſt reciſum Eccleſiæ in terris caput,
Regnoque Regique Carolo truncant caput.

Apologia pro Roma

45 *Contra Richardum Manonem Hæreticum.*

CUr Romam ſtolidam, ſtolidiſſime Mæno vocaſti:
Orbis Roma Caput non habet ingenium?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

46 *De Anemone Hæretico, ex Sartore Prædicante.*

QUod toties rem tangit acu, non miror, Anemo:
Sartor erat; quidni rem bene tangat acu?

Qui citò dat, bis dat.

47 *Ad Aranum.*

QUi citò dat, bis dat, bis cūr non accipit ille,
Cui citò promiſſum munus, Arane, datur?
Hujus ego propriam non poſſum dicere cauſam.
Hoc potius dantis, quam accipientis erit.
Ulterius quæſita premis; bis, dic mihi, cur das,
Cum citò das? dicam, cur ſemel accipio.

Duplicis Recipe Taxa.

48 *Ad Volanum Medicum imperitum.*

COrpora nil curans, hominum marſupia purgas;
Vera crumenarum peſtis es, atque Phtiſis.
Das *Recipe* ægroto, ægrotus tibi porrigit aurum:
Ægrotus Morbi fit Medicina tui.
Pro verbis Herbiſque capis, Volane monetam;
Eſſe tuo melius quis neget? hoc *Recipe.*

De S Elizabetha Portugalliæ Regina

49 *Pecuniam in Roſas convertente.*

DIvitias Spinis ſimiles qui dixerat eſſe,
En habet aſſerti, nobile dogma, ſui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nempe levaturos inopis, ſuſpiria turbæ,
Dum Nummos manibus celat Eliſa ſuis.
Ilicet in manibus celatum floruit aurum,
Argentumque rubræ fulſit honore Roſæ.
I nunc, quiſquis opes ſpinarum nomine priva
Quando ex his iſtas, carpit Eliſa Roſas.

50 *In Blancum Miniſtrum Neoſponſum.*

SPiritualis Homo, duxiſti Blance Maritam
Quis dubitat? tuus eſt Spiritualis Amo

51 *Ad Blaſium Plancum, ex Kochánovio.*

RES mira: eſt vacuam gravius port crumenam,
Quam ſi tota auro divite plena foret.
Et quamvis ſoleat præſens gravis eſſe Mone
Abſens, crede, magis, Plance, Mon gravat.

Adami Etymon.

52 *Ad Anſgarium Noronium.*

A *Dando* primus nomen ſortitur Adamus
Princeps, nempe novo Primus in Or fuit.
Tam dare Principibus proprium fuit ant Noroni.
An ſit nunc etiam; neſcio, ſed ſcit Atys

Puer Magnus coram Domino.

53 *De S. Joanne Baptiſta.*

QUamvis jure Puer, Præcurſor Mag vocaris,
Jure bono dictus, Parvulus eſſe nequis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Nempè licet fueris puerili corpore parvus,
Jam coram Domino, Puſio Magnus eras.

Ad D. Zachariam Mutum

4 *Vocis clamantis Parentem.*

PAnde catenatæ laxata repagula linguæ,
Vocis enim *Mutum* non decet eſſe Patrem.

Ille erat Lucerna ardens & Lucens.

55 *De S. Joannis Decollatione.*

MActatur Chriſto lucem ſpargente Joannes:
Extincta eſt medio nempè *Lucerna* die.
Sol fuerat Chriſtus, fueratque *Aurora* Joannes,
Occidit hic orto, Lucifer, ergo die.

56 *Ad Paulum, ex Martiali.*

EXtenuans quod, Paule, petis, Nihil eſſe, fateris:
At cur ſuccenſes dum nego, Paule, nihil.

De minori damnum majus.

57 *In Ollum.*

DEbita ne ſolvas, nova debita contrahis, Olle,
Et ne des, toties cogeris, Olle dare.
Judicibus toties, toties das dona Patrono:
Hoc eſt ter pretium ponere velle ſuum.

58 *De Ruſpico divite Parco, ad Matinengum.*

HAbere multas Ruſpicum quis neget? opes?
Nemo, nec ipſe Martinenge Ruſpicus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Habet, ſed arcto Scrinio clauſas opes;
Uſum ergo *fructum*, Martinenge non habet.

Senex, bis Puer,

59 *Ad Aulum quæſtio.*

BIs puer eſſe Senex meritò ſi dicitur, Aule.
Ergo Semel nequeat, cur puer, eſſe Senex!

60 *Ad* Patianum.

SI Medicos modicos abhibes, ſi pharmaca rara:
Nulla tibi potior ſit, Patiane, Salus.

61 *Catena S. Petri, Herculeæ collata.*

HErculeæ ſileant mendacia vincla catenæ:
Ad ſe quêis hominum corda trahebat Amor.
Laus hæc Petre, tuæ debetur tota catenæ,
Quâ mentes hominum Victor ad aſtra trahis.

62 *Ad Cæcilianum Hircocervum à parte Rei.*

IN Cervis - Hircos veterum commenta Sophorum,
Et barbâ & pedibus Cæciliane probas.
Hircum barba facit, nuperrima te fuga Cervum.
Ergo merum nobis Ens Rationis eris.

63 *Ad Anſgarium Marinum.*

Dixitque Adam, hoc nunc os ex oſſibus meis. *Ex Geneſi cap. 2. v. 23.*

MORALIS ADVERSIO. AUXESIS.

EX una quando Coſtarum condidit Evam,
Ex coſta coſtas multiplicando Deus.

Hoc nunc Os noſtris *ex Oſſibus* inquit, Adamus.
Oſſa ex Oſſe meo dicere debuerat.
Quilibet amplificat ſua munera nempe, Marine;
Et plus quam dederit prædicat eſſe datum.
Scilicet Auxeſis nobis Gentilitia hæc eſt,
Nemo putat, non plus quam dedit eſſe datum.

64 *De Pſeudolo Critico.*

Non mea ſæpe libris in noſtris menda Critizas;
Creticus es potius, Pſeudole, non Criticus.

Ad Holanum Hæreticum.

65 *Excuſatio Calva.*

Objectum excuſans noſtro tibi carmine crimen,
Et barbam, & ſtupidum vellis Holane, caput.
Ah! ſine: ne tua ſit nimium, *excuſatio calva*,
In quam pæne tuos, prodigis ipſe pilos.

De P. Henrico Garneto Soc. Jeſu, Martyre Anglicano,

66 *Cujus ſanguine culmus aſperſus, Vultus ejus Effigiem præbuit.*

HOMO BONÆ FRUGIS.

In fruge pictum Sanguinis gutta tui,
Henrice, quiſquis imaginem Vultus videt,
Fuiſſe *Frugis*, nemo te neget *bonæ*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De eodem.

67 *Tot in Garneto Garneti,*
Quot Sanguinis Guttæ.

UNica, ſi totum, te pingit gutta cruoris:
Non unus in te, credo, Garnetus fuit.
Quot tibi Patricio ſtillabant Sanguine guttæ,
In te fuiſſe tot ego *Garnetos* reor.

68 *De culmo, in quo fuit expreſſa*
P. Garneti Facies.

QUi vacuum, qui jure queant hunc dicer[e] culmum?
In quo beatum conditum granum fuit.
Nam ſi *Frumentum Chriſti* ſe dixerat eſſe,
Ignatiani nominis typus prior:
Quin Garnete tibi Frumenti nomen, & omen,
Ignatiana deferat Colonia?

De eodem ad Anglos.

69 *Paleas comburet igni.*

QUem vos ſacrilegâ damnatis mor[te] Britanni,
In proprio Martyr Sanguine vivit adhuc.
Vivit & è culmo paleas vos eſſe fatetur,
Quos Stygius vario turbo furore rotat
Hunc merito capient Chriſti *granaria culmum*
Vos *paleas*, furvo Tartarus igne coquet.

Jeſu Chriſto, Deo Homini.

70 *Cæleſtis Agricolæ Filio. De eodem.*

HÆc tibi, Garneti ſurgit de Sangui[ne] Meſſis,
Chriſte, cruentati cultor & ultor agri.

O tibi ſi liceat tales geminare maniplos!
Horrea, quis dubitat? mox tua plena forent.

71 *Ad Fuſcum Amuſum.*

NIl tibi cum Libris, Libras tibi congere Fuſce.
Hinc potius Sapiens, atque diſertus eris.

72 *De Aulo Divite Parco. Ad Amicum.*

NOn habet Aulus opes, potius ſed habetur ab illis.
Illo, crede mihi ditior Arca ſua eſt.

De SS. Petri & Pauli Feſtiva die.

73 *S. Petrus Caput fuit Eccleſiæ Militantis, S. Paulus Os ejuſdem.*

CUjus, Petre, Caput, celebraris Corporis eſſe;
Hujus facundum Os, Linguaque Paulus erat;
Hinc vos, una dies merito ſublimat honore:
Ne careat *Caput* hoc *Ore*, vel *Os Capite.*

74 *Ad Blondum Philoſophum, Mentis & Corporis mole Superbum.*

ENceladum, Brontemque tuo qui corpore vincis,
Nunquam non poteris dicere *grande Sophos.*
Nempe Sophos inter procero corpore præſtas,
Et cunctos celſa deſpicis è ſpecula.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Una tamen res eſt , qua tu minor eſſe videris,
Ingenium , grandi corpore , Blonde , minus.

75 *De Callimacho & Macrobiano Fratribus Germanis.*

QUàm bona concordes miſcent commerci[a]
Fratres !
Orat Callimachus ; Macrobianus arat.

76 *In Turnebum Venale Vinum , Aqua diluentem.*

UNdam ſincero miſces , Turnebe , Falerno
Et dicis Baccho , nubere , velle , Thetyn
Falleris , hæc olim Pelleo nupſerat , arte
Ergo tua Bacchus , turpis adulter erit.

77 *In importunum Salutatorem , & moroſum Hoſpitem.*

RUmpe moras : quid longa trahis præludia
Salve.
Dixiſti toties ; dic aliquando , *Vale.*

Ad Ponticum Criticum.

78 *De Speculo in quo Blandrata errores demonſtrat.*

IN quo ſe videat , Speculum , Blandrata ,
dediſti ;
In quo te videas , Pontice , nunquid habes ?

79 *De Chilante Avaro , Homine improbiſſimo.*

AVarus auri quidquid aut Ganges vomit ,
Aut aureorum fluctuum dives Tagus ,
Noctu diuque volvit , & verſat Chylas :
Aurumque ſemper vigilat ; aurum ſomniat ;
Cur ergo mores aureos temnit Chylas ?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

380 *De quodam Sciolo.*

FAlleris, & nimium craſſus te decipit error;
Græcari, & Græcè dicere credis, idem.
Quanquam cum totas Noctes Græcaris & Horas,
Jam Græcùm quiddam, garrula lingua ſonat.

381 *Religioſus Lunam Stellaſque ſuas Gentilitias Sacris, Virginis Beatiſſimæ pedibus, Una ſecum, demiſſè ſubjicit.*

ITe leves ceræ: quid prodeſt Stemmate longo
Cenſeri, & Patriæ Sidera ferre domus.
Luna Vale, triplexque meo pro Stemmate Sidus:
Vos, unà mecum vindice calco pede.
Quod ſi Luna meis calcari calcibus horret:
Illam, meque tuo ſubjugo *Virgo* pedi.

382 *Ad Narnicum Daventrianum, Etymologia.*

PAtria jure tibi Daventria dicitur eſſe;
Omnia das *Ventri*, Narnice; nil *Capiti.*

De Juris Conſultis.

383 *Ad Iacobum Pandarum Problema.*

NUllos *Iuſtitiæ Conſultos* dicimus, & ſi
Iuris Conſultos Curia noſtra capit.
Cur? ſi, vera mihi fas dicere: conſulit, eheu!
Juſtitiæ rarus, Pandare, quiſque ſibi.

384 *De Gunebaldo non Poëta, ad Brenum non Hiſtoricum.*

JUre Gunebaldum, non cenſes, Brene, Poëtam:
Jure Gunebaldus te negat Hiſtoricum.
Nam licet Hiſtoriam tu pangas; ille Poëſim:
Omnia tu fingis; fingit at ille, nihil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

85 *Ad Amicum Munificum.*

AUrea quando mihi miſiſti munera; dixi:
Aureus eſt; aurum quin daret ergo mih

Navis, Stemma Opalinium.

86 *In gratiam illuſtriſſimi Palatini Poſnanienſis.*

AD ANIMATAM ARGO, ALLUSIO.

QUæ Velo, Remoque carens, Maloqu
Carina
Tuta procelloſas navigat inter aquas:
Hanc potius quamvis rumpatur Apiſque Brocaſ
Hanc *Animá* dicam non caruiſſe *Ratem.*

Ad Petrum Opalinski,

87 *Ejuſdem illuſtriſſimi Mœcenatis Primogenitum Filium, Martiæ indolis, & Magnæ Spei Juvenem.*

CUm tibi Fata Ratem Patrio pro Stemmat
ſcribunt:
Trans *Caput* uſque *Bonæ* pandito vela *Spei.*
Si Remos, Velumque rogas: hoc Faſcia Matri
Illos, Petre tuus Mucro, vel Haſta dabit.

88 *Ad Divitem, de ſua Paupertate.*

QUod tu ſollicitis, corradis quæſtibus aurun
Hoc bene linquo, ne me male linquat
ego.
Divitias metire meas: cum perdere poſſis.
Omnia quod poſſim perdere, nil habeo.

D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De Lege Sumptuariâ.

89 *Ad Plancum.*

SAncire *Legem* Plance *Sumptuariam* ,
Sumptuſque velles temperare publicos.
Quod condis una dextera , altera ruit ;
Namque iſtud ipſum Sumptibus magnis eget.

Adulatores Corvis Agnomines.

90 *Græcis Corvus Korax , Adulator Kolax dicitur.*

QUæ Coracem,Colacemque habeat concordia quæris ?
Nimirum ille oculos eruit : hic loculos.

S. Stephani Protomartyris Lapidatio.

91 *Omnis Lapis pretioſus operimentum ejus* Ezeh. 28.

QUiſnam de Stephano , vatem neget iſta locutum ?
Quem grandi tumulo Saxea grando premit.
Eſte procul Sapphiri , Adamantes , abeſte Smaragdi.
Nam *Lapis* hic nullus non *pretioſus* erat.

92 *De S. Urſula.*

URſa Minor , maiorque vale ; mea carbaſa poſt hac ,
Urſula cum Sociis , Virgine luce reget.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Ad Rutlandum.

93 *De Verbo quantumvis.*

NIl Rutlande boni faciens, bona ve[...]
frequentas.
Das ergo nobis *Verba*, non *Adverbia.*

94 *De Placentinis & Veronenſibus.*

URbe *Placentinâ* nihil eſt populoſius, Au[...]
At *Verona* prope eſt, civibus orba ſuis[...]
Quiſque *placere* cupit; *verum* vult dicere nemo[...]
Inde Placentinos quælibet ora fovet.

95 *Ad Amicum in aula degentem.*

LIber ab invidia vixiſti nuper in aula;
Nunc primum multâ ſtringeris invidi[...]
Fortunam venerere tuam, Fatique favorem.
Nunc primùm voti compos, & Aulicus e[...]

96 *De Haymone importuno Hoſpite.*

QUid facit Haymo? jubet Salvere, Vale[...]
& Avere:
Et hic per noſtras, itque reditque vias.
Cras iterum Salvere, Valere, & Avere jubeb[...]
Quæris quid faciet cras Lage? nil faciet.

Tuba Stellata.

97 *Ad Illuſtriſſimum Caſtellanum Braciavienſem, de ejus Stemmate Gentilitio ſic dicto.*

ÆTernaturi ſolidum cape Nominis omen[...]
Quando *Stellatam* dat tibi Fama *Tuba*[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Illius eſſe potes certus rumoris & oris,
Quidquid avet de te dicere, Sidus erit.

98 *Ad candidum Ollum de Blancano.*
Alluditur ad Polonicum illud,

TRZYMAM Z IEGOMOSCIÓ.

QUidquid ait Blancanus, ais: quidquid facit, audes;
Quod probat ille, probas: quod negat, Olle, negas;
Cùm laudat, laudas; cùm damnat, tu quoque damnas;
Cùm Sapiente, ſapis; cumque tacente, taces.
Hinc bene Blancani vaniſſima diceris *Echo*,
Candide, nam propriâ mente, vel ore, cares.

Metamorphoſis.

99 *De Olavo Conſule, ad Plancum.*

A Raſtris ad Roſtra gradum promovit Olavus.
Has Metamarphoſes Diva Moneta facit.
Hoc ſi, Plance, cupis conſcendere, calle, Tribunal:
Non pedibus, manibus nitere, Conſul eris.

De Miniſtris.

100 *Ad D. Reginaldum Ines.*

MINISTER.

ANAGRAMMA.

MENTIRIS.

QUam ſint veraces veſtri, Reginalde, Miniſtri,
Nominis illorum vox variata probat.
Paucula nempe jube in verbo variare *Miniſter*;
Ex hac, *Mentiris*, voce, *Miniſter* erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

De S. Simeone.

101 *Nunc dimittis ſervum tuum in pace, &c.*

Celeuſma.

FOrtunate Senex, manibus tua ſtringere Vota
Cui licet, & Domini ſtringere membra ſui
Quidni conſpecto, lætus, moriaris Jeſu;
Mors tibi longa fuit vivere, vita mori.
Non ego te miror dulces depromere cantus:
Obtento Portu, quin Celeuſma canas?

102 *De eodem.*

CUm natum geminis redimebat Virgo Columbis,
Optatæ, Simeon, Pacis, anhelat opes.
Una *Columba* Noë Pacis ramum attulit, inquit;
Et non bina mihi nuntia Pacis erit.

Manumiſſio.

103 *Nunc dimittis Domine ſervum, &c.*

CUm Libertatem propriis amplecteris ulnis
Jure *Manumitti*, libere Verna, rogas.
Quidni ſerviles emancipet ille cataſtas,
Qui rude *Mancipium* ſe profitetur Herus?

104 Exauctoratio. *Nunc dimittis &c.*

VIrgineæ gladios animæ, triſteſque ruinas
Cernens, & Domino bella movenda ſuo;
Exauctorari veteranus Miles, anhelat.
Nempe Senex, bello jam minus aptus erat.

105 *Ad Marcum Cutlandum Miniſtrum Paſtorem Iodiovienſem.*

HAc ratione potes Paſtor Cutlande, vocari
Quâ Caper, aut Agnus dicitur eſſe Lupus

An quia deceptos Chriſti depaſceris Agnos?
Paſtoris pulchro nomine dignus eris?
An quia, (quando tuam, vexat dementia mentem)
Es Corydon, Paſtor diceris ergo bene.

106 *De eodem, Ejuſque Parochia Calviniana.*

QUando tot pecudes caulâ concludis in iſta:
Non Paſtor mihi, ſed Marce, Bubulcus eris.

107 *Ad Alanum Feneratorem.*

FEnus & Uſuram fruſtra confundis Alane,
Uſuram vitæ Fenus & eſſe putas.
An quia tanta tibi dulcedo Fenoris inſtat,
Pro vita Fenus ponis, Alane, tuum.

In Anacem Hæreticum Poëtaſtrum,

108 *In Sanctiſſimo Nomine Ieſu, ultimam corripientem.*

Alluditur ad illud Pilati,

Corripiam ergo illum. Lucæ cap. 23.

COrripuit Jeſum diſtorti Carmine metri,
Stigmate non uno corripiendus Anax.
Corripiam ergo illum, quod dixerat ante Pilatus,
Hoc iterum, impuro carmine, fecit Anax.

109 *De Arandâ Latrone.*

OMnibus invitis vitam propè ſolus habebat:
Invitus vitam linquet, Aranda, ſuam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

110 *Ad impudentiſſimi libri Auctorem, Ioannem Fuſticum.*

MUltorum Capitum ſcripſiſti, Fuſtice, Librum;
Cur *Frontem* tuus hic non habet ergo Liber!

111 *De Gallo inepto Cantore.*

AD Galli cantum plorabat Apoſtolus olim;
Dum noſter cantat quin faciamus idem.

Chriſtus Natus

112 *Paſtoribus imprimis notus.*

PRimi Paſtores natum cognoſtis Jeſum:
Cur? quia *Paſtores* vos, Puer *Agnus* erat.

113 *De ſuis ſcriptis Cenſura Martiali & Oveno conformis Author.*

OMnia quæ ſcripſi, qui laudat, & omnia damnat,
Ingenuè fateor, non habet ingenium.
Nam ſi, Nemo hominum proprio ſine crimine, vivit:
Quis cupiat verſus hos, magis eſſe bonos?
Si bonus es: meliore, malos, mente excipe verſus;
Si malus es: ſimiles hos, patiare tibi.

114 *In gentilitium Stemma vulgo RAVVICZ Virginem urſo inſidentem.*

Illuſtr. & M. D. Dæbinski, Succamer Craco; Supremi Regni Tribunalis Mareſchalci

Dictum in Salutatione Solenni Illuſtriſſimorum Judicum Tribunalitiorum, Lublini, in Templo Societatis Jeſu.

URſa Maris dubios, trepidas regit Urſa Carinas;
Qualibet Arctoo Sidere tuta Ratis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Sinc procul errores, Themidis procul eſte procellæ:
Illius ambiguas hæc reget Urſa vias.

15 *Illuſtr. & M. D. Dobeſlao Cieklinki, Caſtellano Czechovienſi, ad Supremum Regni Tribunal Deputato*

De ejus gentilitio Stemmate. HABDANK dicto, quod verbum Germanis, Habeo Gratias, *ſonat.*

Programma ibidem, eâdem occaſione dictum.

HABDANK jure tibi Patrio pro Stemmate dandum,
Nam digna Magnis Gratiis ſemper facis.
Anne ut te Magnum Lechico ſermone vocemus,
Magnos notantem Literam, Stemma obtines?
Nimirum W. cui ſimillimum eſt Stemma.

PLAUSUS LITERARIÆ TESTIFICATIONIS.

316 *Ex quatuor gentilitiis Stemmatibus*

Illuſtriſſimi Domini Staniſlai de Popovv, Witovvki, Caſtellani Sandomirienſis, Lublinenſis, Knyſzynenſis, Zvvolenſis, &c. Capitanei.

In primo Primarii Capitaneatus ingreſſu Dicti Dicatique Lublini in Templo Societatis Jeſu.

Plauſus I.

De Quatuor Illuſtriſſimi Stemmatibus.

ACcipiter ſacer eſt *Corvuſque Leoque* Gradivo
Et *Capra* Romani victima Martis erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Quin ſpires toto generoſum pectore Martem?
Omnia bellacis Stemmata Martis habes.

ACCIPITER.

117 *Plauſus* II.

I, Nunc aucupio volucris celeberrima poſt hac
Unguis præda tui Patrius Hoſtis erit.

Plauſus. III

I, Liquidum ingentes deſcribe per aëra gyros
Cum Patriæ melior Ventus, & Aura favet

Plauſus. IV.

118 *Alluditur ad Legationem Romanam.*

I, LECHICAS Aquilis Aquilas committe Latinis,
Et CORVINORUM te genus eſſe proba.

Plauſus V.

QUin juga ſummorum tutò ſuperâris Honorum?
Nunc armat ſolidos, Crux *Soleata*, pedes

CORVUS

119 *Annulum ore ferens.*

Plauſus VI.

AT qui *Nyɛticorax* digitale amplectitur aurum,
Te probat eximium Principis eſſe decus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Plauſus VII.

Ex Romana Hiſtoria.

ROmanas quondam conatus fingere voces,
Auro, nunc meliùs, CORVE, diſertus eris.

Plauſus VIII.

SEcurus vive æternæ, Vir Maxime, Famæ;
Ipſa *Annulo* hoc tibi *nubit* Immortalitas.

Plauſus IX.

Alluditur ad Maternos Illuſtriſſimi Avos Kochanovvios, Celeberrimos in Regno noſtro Poëtas, ex Prologo Satyrarum Perſii.

NE tu, ne Persî, Corvos mirêre Poëtas;
Id *Kochanoviadum Corvus* Honoris habet.

CAPER ERECTIS PEDIBUS, & ASINI CAPUT.

Vulgò

PULKOZIC.

120 *Plauſus X.*

CUm tibi Supremi Patriæ panduntur Honores,
Altius audaces ſurrige, Capre, pedes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Plauſus XI.

DEſere ſtellatos bellax *Capricorne* Coluros;
Dignior hic ſtellas inter, habere locum.

Plauſus XII.

EMpyrei *Capricorne* tibi debentur Honores;
Illuc arrecto niteris ergo pede.

Plauſus XIII.

Alluditur ad Caprum Vineæ inhærentem, Urbis Lublinenſis Symbolum.

URbis Lubliacæ, veterem excute, *Vinea* Caprum:
Uvis uberius proſpicit iſte tuis.

Plauſus XIV.

De Aſini Capite, ex eo quod dicit Plinius *lib* 12.

321 *Ab Aſino abraſa Vinea feracem vindemiam facit: adeò ut ſolenne fuerit Naupliæ, in Vineis Aſinina Capita collocari.*

CUi Caput eſt Aſini præfixum, Vinea floret.
Naturæ docilis Cenſor & Augur ait.
Urbis Lubliacæ, nova te Spes, Vinea, tollat;
Hôc, tua fertilior, Stemmate, Vitis erit.

Plauſus XV.

De eodem.

ALcidam exuvias victi veſtire Leonis
Cernimus, & Lybicas tergore ferre jubas:

quoque nobilitat victæ Ruditatis imago:
Hinc Aſini Caput in Stemmate, Victor habes.

LEO CUM CIRCULO IN PEDIBUS

2 *E Murorum Pinnis eminens.*

Plauſus XVI.

MAgne Leo, Patrii perrumpe obſtacula Muri;
Liberior patulo ſub Jove, Victor eris,

Plauſus XVII.

HInc procul eſte metus: dubii procul eſte timores,
Pro quorum Muris excubat iſte Leo.

Plauſus XVIII.

3. *Alluditur ad Cervum Coronatum Palatinatus Lublinenſis Inſigne.*

HIc qui Lubliacæ præſtabat Stemmata Terræ,
Sub *Duce* te noſter, jam Leo, Cervus erit,

Plauſus XIX.

CUm tibi Fortunæ teretem Leo porrigit Orbem,
Illius ambiguam, ne vereare fugam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Plauſus XX

124 *Eidem Illuſtriſſimo, ex omnibus Stemmatibus invicem junctis, fauſti ominis votum.*

A*Ccipiter Corvuſque* ſuis ad ſidera pennis,
Inde *Caper* pedibus nititur, inde *Leo.*
Omnia Summa tibi deberi; ut cætera deſint,
Quævis pænè tui Stemmatis Umbra, probat:

S. Ignatio Antiocheno Epiſcopo Martyri

125 *Dum à Leonibus diſcerpendus Romam ingrederetur.*

ISAGOGE.

AMphitheatrales procul hinc exeſ[illegible] triumphi,
Quêis maduit Latii turpis arena fori.
Omnes Romuleæ plauſus ſuperabit arenæ,
Qui nunc Antiochi Præſul ab Urbe venit.
Nempè minus rabidos præda eſt fruſtraſ[illegible] Leones;
Illis in prædam ſe dare, majus erit.

Ad Servandum Hæreticum.

126 *De Brenano Pradicante Calviniſtico.*

P*Ræconem verbi* laudas, Servande, Brenanum[illegible]
Quin ſit *Præco* bonus, qui modo *Lictor* era[illegible]

127 *Ad Bornum Hæreticum. De eodem.*

QUem tu Sacrorum, tantâ fers laude *Miniſtrum*;
Juſtitiæ nuper, Borne, *Miniſter* erat.

Hinc qui tot capitum mutilabat millia: quidni
Cum cerebro veſtrum, demetat ille caput?

128 *Epitaphium Hæretico Aſtrologo.*

ASTrologus fueram, fuerat dum vita ſuperſtes,
Eheu! poſt mea ſum funera, Tartalogus.

De Volano cæco.

129 *Appropriatè cæca Fides.*

ESſe diem credis, quales & dicimur eſſe;
Eſt tua, quis dubitat, cæca, Volane, Fides,

130 *De Aulo Comptulo.*

IGnoſco, quoties oleo caput, Aule, perungis:
Nempe olei vacuum nactus es, Aule, Caput.

Homo Æquivocè.

131 *Ad Clitum.*

QUi faciem minio pingit, plumboque capillum;
Non eſt hic verus, ſed, Clite, pictus Homo.

De Aldo, Divite Parco.

132 *Aurea & Argentea Antitheſis.*

DUm pertinaci ſcrinio ſepelit opes,
Aurumque & Argentum, trecentis vectibus
Clauſum, refoſſæ condit in tumulo ſcrobis;
Argentum & Aurum fecit, Aldus, Mortuum.

833 *Vulneraſti cor meum, in uno crine, &c.*

CUjus promeruit teli cognomina crinis,
Illius pharetram quis neget eſſe Caput

Chriſtophorus Columbus

834 *Novi Orbis repertor, Noanæ Columbæ collatus.*

PRima Columba, novos aperit Noana Trior
Nobis Mundum aperis, Magne Colum
Novum.
Hinc ſis Phæbe procul; procul hinc figm
Columbæ,
Noanæ pullus, credo, *Columbus* hic, eſt.

Rex & Lex

835 *Cognata Vocabula.*

REx & Lex, ſimilis concordant nomine vo
Nempe ſuis, *Rex* eſt, Civibus, altera

836 *Ad Varrum, de Aulo Communi Amico.*

AUlo, nil fidei, pæne eſt jam, Varre relicta
Nam ſperat nimium, nec minus, Au
amat.
Quod ſi plus Fidei, veteri vis demus amico
Verſibus in noſtris, ſperet, ametque minus

In Gentilitia ſidera

837 *Clariſsimi Viri, Roberti Foreſti.*

PRo gentilitio *Stellas*, qui Stemmate præfe
Stellarum Heredem, quis neget, eſſe Viru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Aſtrologis Cœlum Stellaſque Foreſte, relinque;
Sunt meliora tibi Sidera, nata domi.

Novum Neoſponſorum par.

138 *Ad Rolanum.*

UXor Barbara, barbarus maritus;
Quis tædas pariles magis vovebit.
Erratum tamen eſt, Rolane, multum:
Uxor nempe Viri, ſecuta non eſt
Nomen; ſed male Barbaræ Maritæ,
Nomen Barbarus induit Maritus.
Sic præjudicio periculoſo,
Jam denominat, uſque & uſque Victrix,
Uxor Barbara, Barbarum Maritum.

Ars perficit Naturam.

139 *Ad quendam Poëtaſtrum.*

MEntiri aſſuetum, docuerunt fingere Muſæ;
Ars nova *Naturam* perficit, ergo, tuam.

Prothaſis de Argento vivo.

140 *In Baſſaram Aureæ Monetæ Falſificatorem.*

MErcurium Argentum vivum, cur dicimus eſſe?
Argenti veras nam male, fingit opes.

Apodoſis de Auro.

NUllus Mercurii nomen dat Chimicus auro;
Ex auro fecit, Baſſara, Mercurium.

141 *Ad Troſulum Nanum.*

CUr adeò vaſtam Figulus tibi circinat Urnam?
Sufficiens pro te, Troſule, Pyxis erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

142 *De Corbio Milite Elemoſinario.*

DIcere difficile eſt , ferro an ſit fortior auro
Illo hoſtes ſuperat , Corbius ; hoc Supero

Metamorphoſis.

143 *De Turdillone , & Clitone Gallo.*

CRudelis,Gallum fecit , Turdillo,Spadonem
Hinc jam non Gallus ſed,Clito,Capus eri

In Fluvium Lubomirſcianum

Srzeniawa Dictum.

144 *In Gratiam Illuſtriſſimi Domini D. Georgii Lubomirski Supremi Regni Poloniæ Mareſchalci Cracovienſis , Scepuſienſis , &c Capitanei.*

ESſe procul,celebres pretioſis fluctibus undi
Quas vomit aurato,gemmifer,amne,Tagu
Dum ſua Srzeniaviæ devolvunt Flumina ceræ ,
Numquam gemmiferi, Patria , Gangis , eget

AD LAUDEM AUTHORIS.

Generoſus Dominus D. Guilhelmus , de Elgina , INI S. R. Majeſtatis Capitaneus , Fraternæ muſæ , militari manu accinit.

145

INes Serenum gentis inclytæ jubar ,
Noſtræque Sidus Patriæ ;
Dum , quod nefaſtis Buchananus luſibus ,
Turpiſque Ovenus polluit ,
Tu caſtiore , nec minus acuto Stylo ,
Sacraque venâ corrigis ;

ermitte Frater, militari claſſico
Tuis adeſſe plauſibus :
ui nempe Muſis Palladem armatam aſſerens,
Phæboque Martem præferens,
i Parentis Martium ſequor decus
Polona per ſtipendia.
oc vile tantum laudibus ſubdo tuis,
Places Togæ & Sago places.
acere porro perge, & inclytam Domum
Uterque tollamus ſuper.
nempe calamo, & ſanctiore Pallade :
Gladio ego, & armatâ manu.

Datum ex Caſtris Regiis.

6 *Ad Lectorem.*

HÆc nova cum legerit, licitum eſt ùt carmina Cenſor
Arguat, & mores, dum reprehendo, regat.

Quædam recentiora.

7 *Poëtas inter & Cornutos diſparitas.*

CYnthia cui Vatum molli præcordia tecto,
Inſpirare placet, ſit tibi ſummus honos.
c placitum eſt diverſa viris miracula noctu
Prodere; ſponſa toro quanta trophæa tulit?
olvite dona Deæ quorum ſunt nomina templis
Scripta : Diana favet ſignaque fronte dabit.
uid juvat eſſe Poëta, nihil : fortuna labores
Verberibus penſat, dum fit inane caput.
urea Cornutus tulerit modo Cornua dives;
Sic nos diſſimiles, muneris ambo pudet.
uantum verberibus diſtant data præmia, tanto
Cornigeris major ordine venit honos.
ornua verberibus meliora tulêre ſalutem.
Verbera ſi tollas, Diva, beatus ero.

48 *Scriptorum Vanitas.*

FUtilis Ambitio poſt funera quærere vitam;
Diſcite ab Antiquis tempore ſcripta mori?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

140 *Annulus Conjugii vinculum.*

AUreus in digito cur Conjugis Annulus exta
  Pignus amicitiæ, nodus amoris Onyx.
Fœdere juncta viro mulier tam ducit honori
  Conjugium, ut clamet hoc leve quod ſit onu
Vincta libertatem quamvis amittat, amori
  Serviat illa modò sàt ſibi dulce putat.
Quæ placitura viro digitis hæc aurea nectit
  Vincla, probat quanti ſit pretioſa fides.

150 *Alea fori.*

JUrgia mitte procul; quid prodeſt Attice lon
  Lite Cliens pereat, ſi ſit iniqua Themis.
Cauſidici ante oculos, ſonitum reddente crume
  Ut ſtetit arripiens ſubdola verba fori;
Lis tua, Doctor ait, facili ſub judice pendet:
  Hunc cape muneribus, dat tibi ſponſa viam
Nec ſatis: arte opus eſt inimica repellere tela
  Et falſa adverſis vincere ſcripta notis
Tempore fit matura ſeges, ſpes certa futuræ
  Meſſis erit: victo, lis cadat, hoſte, decet.
Haud mora: præcipiti referens oracula voce
  Confidit chartæ, ſomnia vana fori.
Sic ſua Cauſidicus ſecure retia tendit;
  Gurgite piſcis adeſt: fit nova præda miſer.
Ne mirêre Cliens fictâ ſub imagine veri
  Deluſus, nimium damna ſalutis emat.
Hæc ubi ſcripta tenet, Patrono porrigit aurum
  Procurator adeſt, debita quiſque trahit,
(Debita plus ultrò) duplici pro fœnore dive
  Vix unum miſero dicit uterque Vale.
Stulte quid arma foro ſumis leviore crumenâ.
  Fortior hoſtis adeſt: quà data porta ruit,
Hic meretrice novâ captivat judicis aurem;
  Quæ bona, credideras, cauſa favore cadit.

Finis Libri Tertii.

ERRATA.

PAg. 1 Epig. 5 au titre, *liſez* eandem. p. 2 Epig 9 lig 2 *liſez* noſti. p. 4 Epig. 27 ligne 1 *liſez* præterito p. 6 Epig. 41 au titre *liſez* inſignia p. 7 Epig 52 ligne 3 *liſez* creditis. p. 8 Ep. 57 ligne 1 *liſez* pereat p 9 Epig 63 ligne 1 *liſez* faciendos *idem* Epig 65 ligne 3 *liſez* putatis p. 10 Epig 74 ligne 2 *liſez* carpitur. p 11 Epig 77 au titre *liſez* ſpurios. *idem* Epig. 80 ligne 1 *liſez* uxore *idem* Epig. 84 ligne 1 *liſez* an p. 12 Epig 91 ligne 1 *liſez* ſolus. p. 15 Epig 111 ligne 1 *liſez* lucri p 16 Epig. 120 ligne 1 *liſez* ſine p. 17 Epig 126 ligne 4 *liſez* Epicedion p. 18 Epig 133 ligne 1 *liſez* contigit p 19 Epig 141 ligne 4 *liſez* vidua. p 20 Epig 142 ligne 1 *liſez* inſtar. p. 23 Epig 166 ligne 1 *liſez* fingit p 26 Epig. 12 au titre *liſez* Troynovant. Ad Londinenſes. Epig 13 ligne 3 *liſez* major in æde p 27 Epig. 18 ligne 7 *liſez* ſedem. p. 28 Epig 21 ligne 3 *liſez* Atlas p 40 Epig. 100 ligne 2 *liſez* tibi p. 43 Epig 121 ligne 1 *liſez* Daviſiis, & ligne 3 *liſez* ſaperes p. 45 Epig 129 ligne 3 *liſez* armatum. p. 49 Epig 156 ligne 2 *liſez* libris reſident. p. 61. Epig 17 ligne 1 *liſez* ſit p. 63 Epig 34 ligne 1 *liſez* ad p. 64 Epig 39 ligne 3 *liſez* conſeruere *idem* δῶρον p. 67 Epig 55 au titre *liſez* Mathuſalem p 68 Epig. 63 ligne 1 *liſez* Crux, & même ligne *liſez* tulit *idem* Epig 64 ligne 6 *liſez* fel. p. 70 Epig 79 au titre *liſez* Philautia p 85 Epig 178 ligne 1 *liſez* mens p. 87 Epig 194 ligne 3 *liſez* ſcholæ. p 97 Epig 25 ligne 1 *liſez* Miniſter. p. 98 Epig. 30 ligne 1 *liſez* Eſuriens p. 99 Epig. 39 ligne 1 *liſez* argumentum p 100 Epig 44 ligne 5 *liſez* juvat p 103 Epig 60 ligne 1 *liſez* Prudenter. p 105 Epig 74 ligne 1 *liſez* Imperitare. p. 107 Epig. 88 ligne 5 *liſez* De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

ſinit page 108 Epig 91 ligne 2 *liſez* illi p. 10
Epig. 98 ligne 3 *liſez* mundum p 110 Epig. 10
ligne 1 *liſez* fratribus p 111 Epig. 111 ligne
liſez eſt, & 3 ligne *liſez* differat. p 112 Epig 12
lignes 1 & 2 *liſez* ſiniſtra. p 115 Epig. 135 ligne
liſez inſontes p. 117 Epig. 146 ligne 2 *liſez* inte
rius. p. 118 Epig 150 ligne 4 *liſez* fallor *idem*
Epig. 153 ligne 5 *liſez* ſit. p 119 Epig 154
ligne 1 *liſez* animalis p. 121 Epig 168 ligne
liſez Fama. p 123 Epig 175 ligne 1 *liſez* ſape. p
125 Epig 187 ligne 2 *liſez* metumque p. 129 Epig
211 ligne 5 *liſez* ſolati. p. 130 Epig. 220 ligne
liſez fertur p. 137 Epig. 259 lig. 3 1re colomne des
capit. manque une S. p. 138 Epig 265 ligne
liſez ratus, & lignes 5 *liſez* lacrymas p. 142 Epig.
11 ligne 1 *liſez* ſi p. 144 Epig. 26 ligne 1 *liſez*
crimina noſtra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Laus dei matris.

tot tibi sunt virgo dotes quot sijdera cæli
sijdera quot cæli virgo tot sint tibi dotes
sunt tibi tot cæli dotes quot sijdera virgo
sunt tibi tot dotes virgo quot sijdera cæli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

3^m

iuv p^t

235

49

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 23